Hic ostendit Qualis debeat esse iudex crimis. Dicit aūt Duo. Necessitatē cōpellentē q̄ illō dirit. z Ipsum dicēdo. Dicit ḡ ⌊Cum aūt ꝑseverarent⌋ in temeritate ad ꝓsciam ꝓpriam: ꝓpter inclinationē z scripturā deū nō reuerentes ⌊erexit se⌋ rectitudinē: q̄ in iudice esse debet statura corꝓris demonstrās. ps.x. Justus dñs z iusticias dilexit eq̄. vi. vul. eius ⌊z dixit eis⌋ ꝙbo: qō facto demōstrauerat ꝑ corꝓis erectionē ⌊Qui sine peccato est vestrū⌋ hoc est: sine pcō sili. Rbo.ij. Propē qō inexcusabilis es o hō: qui iudicas. Jn q̄ em̄ iudicas alterz: teip̄m cōdemnas. eadē em̄ agis q̄ iudicas. Mat.vij. Jn q̄ em̄ iudicio iudicaueriē: iudicabimi ⌊primus in illā lapidem mittat⌋ Deut.xvij. Man⁹ testiū prima interficiet eū. Sapi.j. Diligite iusticiā q̄ iudicatis terrā. Sed ꝼm hoc videt q̄ crimia puniri nō possint: qz null⁹ iudex vel accusator vel testis inuenit q̄ sit sine pcō. Ad hoc aūt dicendū q̄ ꝙuis nō sit hō sine pcō: tñ multi sunt q̄ sunt sine crimiali pcō. Crimē em̄ est qō accusatōe est dignū in iudicio. ij. Paral.vj. Nō est hō q̄ nō peccet. ps.xiij. Nō est iust⁹: nō ē intelligēs: nō est requirens deū. oēs inutiles facti sc̄. Accusatōe aūt digna sūt q̄ fiūt cū iniuria ꝓximi: cōmouēria multitudinē. Et sine talibꝰ sūt mlti Sz adhuc obijcit q̄ ꝼm hāc solutionē Nō ꝺz ee iudex qui ē in crimie. Nō nō est vez: qz multi etiā eccl'iastici Judices sūt criminosi: z tñ non ejciunt a iudicio. Ad b dici ꝑt: q̄ exñs in crimie notorio z crimine sili: eo q̄ ꝺdēnat in altero: nō ꝑt esse iudex. quia

Scandalū est ꝙ iudicet iudicandus Et ꝺ illis dicit Matth.vij. Ejice primū hypocrita trabē de oculo tuo: z tūc videbis ejicere festucā ꝺ oculo fratris tui. Oñ em occultū est crimē: tunc ad minus sine scādalo iudicat. Cuius vt puto: nō iudicat sine peccato nisi non possit alius haberi iudex: z iudicare sit necesse, ꝓpter accusantiū instantiā: tūc cū timore iudex q̄ ex officio iudicare tenet; pōt exhibere iustitiā. Intelligit aūt ex sermone dñi: ꝙ illi in sil'i peccato fuerūt. Sicut illi q̄ Dañ.xiij. Susannā accusauerūt Uñ dixit Daniel. Sic faciebat⁹ filiabꝰ isr̄l. Et ille timentes loquebant vobis. ℔ est: ꝓsenserūt in coitum vobiscū. Esa.lvij. Accedite huc filij augurū atricis semē adultere z fornicarie. Esa.j. Principes tui infideles socij furū: omnes diligūt munera. sequunt retributiones. pupillo nō iudicāt. causa vidue nō ingredit ad eos. Et iterꝙ se inclinās scribebat in terra. Per inclinationē iterū docens: ꝙ iudex ad scipm inclinat⁹: ꝓ sui ꝓsideratione: characteres ꝺi in terra scriptos: ꝺz intueri ante sue platonem. non ꝙ odio persone: sed odio vicij sniam ꝓferat in cos: q̄s vt malefactores condēnat. Ps.xvj. De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui videāt equitates. Si em ꝓsidero vultū terrene nature: z ꝓsidero characteres fragili ꝓditione depictos. q̄s deꝰ ideo in eo descripsit: vt in ipsis legat infa fragilitas: z sic eque alij vt nos iudiciū profer⁹. tūc oculi nri vident eq̄tates. qz Equitas vt dic Ihzy. est iusticia dulcedine misc̄ioie ꝓpata. Ps. xlix. Arguā te z statuā cōtra te faciem tuā. Hiere.ij. Arguet te malicia tua: z auersio tua increpabit te. Eccl.xxxviij Memor esto iudicij mei Sic em erit meū z tuum. meū hodie: z tuum cras. Audientes aūt: vn⁹ post vnū exibant. Recessus impiorum a iudicio ꝙ confutationē dñi. Q̄ aūt dicitur exibant. ℔ est: a ꝓsilio iudicij z a foro recedebant. Q̄ dicit vnus post vnū. ideo ꝺr: ꝙ qlibet timuit q̄ alij ꝙ dñz manifestaret. z ideo nō sil': sed qlibet sigillatim ꝓfusus abscessit. ij. Reg.v. Dimisit dñs inimicos meos cora me sicut diuidunt aque. Deut.xxxij. Quo ꝓsequebat vn⁹ mille: z duo fugarēt decē milia: Nonne ideo: q̄ deus su⁹ vēdidit eos: z dñs conclusit illos. incipientes a senioribus. q̄ ceteris magis fuerūt puersi z criminosi. Dañ.xiij. Egressa est iniq̄tas a senioribus iudicibꝰ q̄ videbant regere ꝓplm. j. Esdre.ix Man⁹ ꝓncipum z magistratuū ꝓma fuit in trāsgressione hac. Et attende misc̄iam dñi q̄ se inclinauerit dū exirent: neverecūdia respect⁹ eius ꝓcussit: locū exeundi nō haberēt. z sic in malicia indurati: in cōdemnatione mulier⁹ remanerēt. ps.xciij Hodie si vocem eius audieritis: nolite obturare corda vra. Esa.lvij Nec cogitasti in corde tuo: q̄ ego tacēs z q̄i nō videns. z remānsit ihesus solus. vr iust⁹: quē nulla pcī macula remouit a iudicio. ps.vij. Deus iustus iudex fortis z patiēs. z mulier. vr rea z notorio crimīe ꝓuicta. ps.ix. Tibi derelict⁹ est pauper pupillo tu eris adiutor Et debz sic ordiari lra. remānsit sol⁹ ihesus: z mlier. Un medio stans. referāt ad vtrūq;. Jesus aūt remānsit i medio stās: q̄ ad neutrā partē deflex⁹ a rectitudie declinauit. Deut.j. Jta paruū vt magnū audietis: q̄ dñi ē iudiciū. Lu.xxiiij Stetit iesus in medio: Et mulier stetit in medio: vt oīm intenderēt in eā sicut accusandā. Dañ.xiij. Cōsurgēs duo ꝑbyteri: in medio ꝓpli posuer⁹ man⁹ suas sup caput Susanne: q̄ flens suspexit ad dñz. Erat em cor ei⁹ fiducia bñs in domino.

Erigēs aūt se iesus dixit ei Mlier: Ubi sūt q̄ te accusabāt: Nemo te cōdēnauit: Que dixit Nemo dñe Dixit aūt iesus Nec ego te condēnabo Uade z iam amplius noli peccare.

Erigens aūt se iesus dixit ei. Cui soli relicta fuit mlier Ad cōdemnandū. vel Ad soluendū. Absoluit mulierē. Et ideo ꝺr ℔ Duo. Absolutionē a calūniatiōe accusantiū. z Absolutionē a crimis cōdemnatiōe. Dicit g̃ Erigēs ergo se iesus dixit ei. hoc est: erigēs miscōiaz z iusticiā ad mulieris defensionē. ps.lxvij. Exurgat deꝰ z dissipent inimici ei⁹: z fugiāt q̄ oderūt eū a facie ei⁹. Jtē ps. xlij. Exurge dñe adiuua nos z libera nos ꝓpt nomen scm tuum. Mulier ubi sunt q̄ te accusabāt: Acsi dicat Uide ꝙ ꝓscientia silis crimis: eos effugauit. Rho.viij. Deus q̄ iustificat: z q̄s est q̄ cōdēnet: q̄s accusabit aduersus electos dei: Esa.l. Juxta est q̄ iustificat me: q̄s est q̄ cōtradicit mihi: Et hoc cē q̄d sequit. Nemo te cōdemnauit: Rho.viij. Si deꝰ ꝓ nob⁹ q̄s ꝓ nos. Esaie.l. Ecce dñs deꝰ auxiliator meꝰ. q̄s g̃ est q̄ cōddemnet me. Que dixit Nemo dñe ps.iij. Non timebo milia ꝓpli circūdant⁹ me. exurge dñe saluū me fac deus me⁹. Jtē Ps.lv. Dñs mihi adiutor⁹ non timebo q̄d fa.mi.hō. Dixit aūt iesus Nec ego te cōdemnabo Ecce absolutio peccatrīs ab eo qui potuit sol⁹ absoluere z cōdēnare. Jaco.ij. Superexaltat aūt mia iudiciū. Sz obijcit: Qr dñs dedit legē de occidenda adultera. Uidet g̃ ꝙ fecisse q̄n absoluit eaz. Et sic videt fauere criminibꝰ: q̄ cū pōt nō punit crimia. ij. Timo. ij. Si negauerim⁹ eū: ille fidelis pmanet. seipm negare non ꝑt. Negaret aūt se si iusticiā desereret Uidet g̃ ꝙ iusticiā negauit: z seipm cē iustū neget q̄n absoluit crimino⁹sam. Ad ℔ dicendū ꝙ Aliud iudiciū dei z Aliꝺ hoīs. Deꝰ aūt iudicat de corde. Nō aūt nō nisi de ope manifesto: z accusat⁹ ab eo q̄ accusare pōt z debet. ℔ est: cui⁹ interest. Et ideo deꝰ in iudicio nōvit tur teste nisi ꝓscia rei q̄ iudicat. Homo āt exterioribꝰ indiget testibꝰ. Cū g̃ oīe iudiciū ꝓdēnatiōis fiat: ad cautelā futuroꝝ maloꝝ: Que ꝓscia a futuris ꝑ ꝓpositū de cetero nō faciēdi z dolorem cōmissi absoluit: ille i iudicio dei absoluit z ñ ꝓdēnatur. z Que testes exteriores absoluūt: i iudicio hominis absoluit z nō ꝓdēnat. Et sic chr̃s ℔. Ut hō: ꝑ euacuationē testiū absoluit ad lr̃am. absoluit iuste a iudicio hoīm. Ut deꝰ aūt penitentē absoluit a iudicio diuino. Et in vtroq; iust⁹ z detestator fuit crimis Sz crimē accusantiū detestat⁹ fuit vt hō. z crimē adultere detestat⁹ fuit vt deꝰ: q̄n ꝓniam dedit in illi⁹ crimis abolitionē. Ad id g̃ qđ obijcit

Dicendū ꝙ cōtra legē nihil fecit. qr et Lex Diuina z Humana: nihil intrēdit nisi criminis detestatiōnem. Et ℔ ostēsum est ꝙ illā z Ut hō z Ut deus plene exhibuit in facto isto Ad aliud dicendū ꝙ nec se iustum: nec iusticiā denegauit. q̄ plenā iusticiā exhibuit: sicut iā dcm est. Nec fautor cē criminis: sed detestator z nature saluator. z ideo nō peccare de cetero ꝓperauit. Et hoc est qđ ꝺr. Nec ego te cōdemnabo. ab accusatoribꝰ tuis creptam: z ꝙ pniam interiorē emendatā. Jo.iij. Nō em misit deus filiū suū in mundū vt iuꝺ.mun. sed vt sal. mū. ꝙ eū. Lu.xix. Uenit em filius hois q̄rere z salvum facere qđ ꝑierat: Ut detestator⁹ aūt crimiū subdit. Uade z amplius noli peccare. Jo. v. Jam amplius noli peccare: ne deterius tibi aliq̄d cōtingat. Ille em vt ꝺr Aug⁹. Perfect⁹ est detestator: q̄ facit vt crimina non ampli⁹ cōmittant q̄ sz destruant. Lu.vij. Dimittunt tibi peccata multa. Et infra parū. Fides tua te saluā fecit: Uade in pace.

Iterū ergo locut⁹ est eis iesus: dicens: ego sum lux mūi Qui sequit me nō ambulat in tenebris: sz habebit lumen vite.

Tangit hic partē q̄ est de Illuminatōe: ad fidei intellectū veritatis ptinentē. Habet aūt Tres partes fm tres luc⁹ effectus. Uidem⁹ em ꝙ lux corporea Prio post se manifestādo pellit tenebras Secundo Immittendo se inferioribꝰ: cōpassa obligatiōe terreni frigoꝝ: deobligat z liberat. Tertio Ui talem calorē excitat z vivificat. Et hoc videm⁹ isto ordie fieri qñ sol ad nos accedit. Et fm hūc ordinē diuidit ista ps de luce spūali in pres Tres. In q̄rum Prima ostendit Qualiter hec lux illuminat: z tenebras purgat. In Scōa Qual'r a seruitute deobligat z liberat. Jbi: Dicebat g̃ iesus ad eos q̄ crediderūt ei iudeos. In Tertia ostēdit Qual'r vivificat. Jbi: Amen amen dico vob. Siq̄s fmonē meū seruauerit. Prima aūt harū partiū in Duas diuidit. In quaꝝ Prima Lux oīmꝺ erroribus absoluta manifestat. In Scōa vo ostendit Qualiter ab excecatis Lux hec inquirit z non inuenit. Jbi: Dixit g̃ iterū iesus: Ego vado z quereris me.

Adhuc ꝓtior harū in Duas diuidit ꝑtes In q̄rum Prima Lux ista vt dictuz est manifestat. In Scōa aūt Qualiter visus cecutiēs in oculo egri: ista luce offendit. Qr sicut ꝺr Aug⁹. Oculis egris odiosa est lux: que puris est amabilis. Jbi: Dixerūt g̃ pharisei: Tu de teipso zc. In ꝓmo hoꝝ Quat tuor dicunt. Quoꝝ Primū est Iterata istius lucis manifestatio. Scōm Generalis ꝓ lucē illuminatio. Tertiū Lucis isti⁹ vtilis ꝓgressio. Quartū Digna sequentiū hanc lucē premiatio. Dicit g̃ de ꝓmo. Iterū hoc ē: iterato radio lucis. locutus est iesus. q̄ fuit lumē informās iudiciū: iterū informat ad veritat⁹ intellectū. Eccl.xxiiij. Ad hec doctrinā quasi antelucanus illumio oīm⁹: z enarrabo eā vsq; in longinquū. Non em cessat influere lucis beneficium: z arguere tenebras. z ideo iterꝙ z iterū instat ad illuminanduz. ij. Timo. iiij. Instā oportune: ꝺportune zc. Ego sum. Ecce Generalis lucis illuminatio. Ego qui sum candor lucis eterne z speculū sine macula dei maiestatis: z emanatio dei sincera: imago bonitatis diuine lucis. Sap.vij. Heb. j. Qui cū sit splēdor glorie z figura substantie eius. Ego. in q̄ de quo ꝺr in ps.cix. In splendoribꝰ scōꝝ ex vtero ante luciferū genui te. sum lux. Eccl.xxiij. Ego feci in cel⁹ vt oriret lumē indeficiēs. qđ est lumē sapie z veritatis. Sap.vj. Diligite lumē iusticie oēs q̄ ꝑtis pl'is. Item.vij. Hec est em ꝑspciosior sole z super oēm disꝑsitionē stellarū: luci cōparata inuenitur prior. luci em succedit nox. Sapientiā aūt nō vincit malicia. Sic g̃ in demonstratiōe sapiēcie altissime: filius dei lux est. mundi. Nō ꝑticularit vnius gentis: sed totius mundi. Jo.j. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hominē venientē in hunc mūduz. Eccl.xliij. Mundū illuminās in altissimis dñs. Esa.xlix. Dedi te in lucem gentiū vt sis salus mea vsq; ad extremū terre. Mund⁹ em ꝺr hic mūi creatura: ꝓpter quā oīis alia creatura facta est: q̄ est in mūdo. Sic g̃ Lux est mundi: in Ueritatis manifestatiōe ꝓmo facta iudeis: z postea gentib⁹. Luce.ij. Lumen ad revelationez gentiū. qui sequit me. Ecce q̄ vtilis istius lucis ꝓgressio de claritate in claritatē per oīa lucis sacramēta. Precedit em lux: z illuminat sequētes. z vmbras tenebrarū ꝓicit retrorsum: ne impediant sequētes. Et ideo ꝺr Qui sequit me. imitādo doctrinā ꝑ veritatis fidem z cognitionē. z seq̄ndo exemplū ꝑ imitationem. Sicut ꝺr Mat.iij. Uenite post me. Joā.xj. Qui ambulat in die: nō offendit: q̄ lumen hui⁹ vite videt. Job.xxix. Lucerna ei⁹ splendebat super caput meū: z ad lumē eius ambulabam in tenebris. Quid aūt: Presūptuosi de sua iusticia sic pharisei ꝓsumentes z sup bi. luci isti subdi nō volentes: nitūtur ꝑcedere hanc lucē: z ideo in suis ambulabant vmbris z tenebris: sicut z hi qui lucem ꝑcedunt corꝑalem. De quib⁹ ꝺr Job.xxiij. Ui fuerē rebelles lumini: z nesciērūt vias eius: nec reuersi sunt ꝑ semitas eius Sed qui sequit lucē plene: illuminat. Etsi que tenebre in ipo sunt: retrorsū ab ij ciunt. Rho.xiij. Abijciamus opera tenebraꝝ: z induamur arma lucis zc. non ambulat in tenebris. qr lux circūfulget z ꝑstringit eū: vt vndiq; fugatis tenebris circūcidet lumine. Mich.vij. Cum sedero in tenebris: ꝺns lux mea est. Luce.j. Illuminare his q̄ in tenebris z in vmbra mortis sedent: ad dirigen. zc. Qui g̃ sequit chr̃stū: in tenebris nō ambulat. Jo ij. Tenebre trāsierūt: z verū lumen iam lucet. Sed habebit lumen vite. ps.xxxv. Dñe: apud te est fons vite: z in lumine tuo videbim⁹ lumē. Lumē em vivificat oīa: z que accedunt ad lumen Malach.iiij. Uob timentib⁹ nomē meū orietur sol iusticie: z sanitas in pēnis eius. Sic g̃ procedit lumen: ad nos ꝙpropinquando. Prouer.iiij. Semita iusti quasi lux splēdens ꝓcedit z crescit vsq; in ꝑfectum diem.

Dixerūt ergo ℣pharisei: Tu de teipso testimoniū ꝑhibes: testimonium tuū non est verum.

Dic ostendit Qualiter oculi egri offenduntur. Et diuidit in duas ptes. In quaꝝ Prima ostendit Ostensio egroꝝ oculoꝝ ad hāc lucē. In Scōa ostendit Qui licet offensi erāt: tñ nihil cōtra cū facere poterāt nisi qñ volebat. Ibi: Dicebat locus est Jesus. Adhuc priori haꝝ in Duas ptes diuidit. In quaꝝ Prima ostendit Pharisеoꝝ ad lucem offensio. In Scōa vero: qz Luminis testimoniū mittit ad patrē: ideo fit inq̄sitio de patre. Ibi: Dicebant ḡ iudei: Ubi est pater tuus? In pmā parte Duo dicunt. In quoꝝ Primo dr Egroti visus ad lumē offensio: z ideo ꝫ lumē Obiectio. In Secundo aūt Per obiectionis solutionē ostendit qꝫ hec obiectio non pcedit ex imperfectiōe luminis: sed ex egritudie videntis. Ibi: Rndit iesus z dixit eis: Etsi egoze. Dicit ḡ Dixerunt pharisei p̄ ceteris lumen veritaz nō ferentes. Matth.xxiij. Ue vob̄ ceci duces ceꝝ Esa.vj. Excecа cor pp̄li hui⁹: z aures eius aggrava: cē. ¶ tu de teipo perhibes testimoniū ¶ B est: laudē tuā pdicas. Prouer.xxvij. Laudet te alienus z nō os tuū cē. ¶ testimoniū tuū non est verū ¶ Non em̄ hz verā rationē testimonij: sicut in antehabitis dictū est: nisi sit ab alio factū testimoniū. Falsum tñ dicūt: qz non tm̄ christus testimoniū phibet de se: sed oīs pphēs testimoniū perhibēt. Jo.j. Joānes testimoniū phibet de eo: z clamat de eo. Undefalsū dicūt. Tamē hoc mō testimonij: quo christ⁹ testimoniū vocat: christ⁹ de se poterat ferre testimoniū. qa hoc est Testimoniū operū. Hoc est em̄ testimonium: qđ de⁹ bō z pp̄ha debet ferre de se. z p aliō testimonium nō potest pbare: qꝫ ipse sit verax. Supra.v. Opera que ego facio in nole patris mei: ipsa sunt que testimoniū perhibēt de me. Et ideo stulti fuerunt isti z ceci: qui aliud querebant testimoniū: qz per aliud testimoniū pbari nō poterat qꝫ ipse esset pphēta in lege, pmissus vel christus. Ecci.xxxvj. Da testimonium: qz ab initio creature tue sunt. Et parum ante. Innoua signa: z immuta mirabilia. Hoc em̄ est signū per quod probat pphēta z de⁹.

Respondit iesus z dixit eis. Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso: verū ē testimoniū meū: quia scio vnde venio z quo vado Vos autem nescitis vnde venio aut q̄ vado.

Elidens errorē cecoꝝ in lucem offendentiū. Duabus aūt rōnibus elidit hunc errorē. Et ideo habz Duas partes. Primo em̄ Elidit ꝓpositionē eoruz per instantiā. z Scdo Elidit p testimonij veri sufficientiam. Ibi: Vos aūt sm carnē. In pmo dicūtur Tria. In quoꝝ Primo Instat ꝓpositioni generali quā ꝓponūt. In Scdo Causam instātie ponit quā inducit. In Tertio arguit eos ō hac instātie ignorantia. Dicit ḡ ¶ Si ego testimoniū perhibeo de meipso ¶ Acsi dicat. Aliō est de testimonio meo: z aliud de testimonio cause hūane. In Testimonio em̄ cause humane: queritꝫ veritas rei dubie: quā homo p seipm̄ testificari nō potest. In testimonio aūt meo: eo qꝫ ego sum lux z filius dei: non pt quicq̄ probari p aliud. Qz qꝫ sum lux: oportet probari p meipm̄. qz lux esse cōpalis: per seipaz se probat esse lucē: quia est manifestatio sui ipsius z aliorꝝ. Et ita si ego facio opa lucis z act⁹: ego per meipm̄ pbaui me esse lucē. Et sic pbaꝫ pphēta esse, pphēta: qz facit in signis z pdigijs opera prophete. Et filius dei probaꝫ esse filius dei: qa facit opera filij dei. Et hoc nō probat p alium: sed p seipm̄ pbat: z de seipso. Uerū ē ergo qꝫ si ego per opera: testimoniū phibeo de me ipso: qđ nemo alius facere pōt ¶ verū est testimoniū meū ¶ Etsi alius perhibet de me testimoniū: hoc testimoniuꝫ est imperfectū. Supra.iij. Qđ vidit z audiuit hoc testaꝫ. Causa autē huius quod hic dicit est. Qz em̄ homo sit propheta vel deus: p virtutē propheticalē vel diuinā probari habet. Uirtus aūt non potest probari nisi per actū z opera. Deb.ij. Contestante deo signis z portentis z varijs virtutib⁹: z spiritus sancti distributionib⁹ sm suam voluntatē. Uñ pharisei ignorabant: qꝫ nō de omni re: codē modo testimoniū est perhibendū. quia Aliō est testimonium in causa. z Aliud est testimoniū quando alicui probaꝫ inesse virtus diuina ¶ quia scio vnde venio z quo vado ¶ Causa est veritatis testimonij quod perhibet de seipso ¶ qz scio ¶ in me: z scire facio omnē hominē per ipsum testimoniū ¶ vnde venio ¶ Non em̄ tale testimoniū per vocē z opera confirmaret per patrē: nisi ego substantialit⁊ a patre per generationē z auctoritatē a patre venirem. Nec iterū hoc a patre acceptaret factū: nisi ꝫ ipum sicut per opus quod ipse approbat ad patrē iremꝫ. Et ita quia scio ¶ vnde venio z quo vado ¶ verum est pro certo testimoniū meum. Joannis.xvj. Exiui a patre z veni in mundum. iterum relinquo mundum z vado ad patrē. Nec enim duo in oīi opere ostendit: z ideo testimoniū quod de se perhibuit: non solum verū sed necessariū. hoc est: immobilis fuit veritatis. Titū.j. quā promisit qui non mentit deus. Joannis. xiij. Sciens iesus quia a deo exiuit z ad deum vadit ¶ vos aūt ¶ querentes testimoniū de virtute diuina in me habitāte: sicut querit testimoniū in causa humana cōtra homine iudice ¶ nescitis vnde venio aut quo vado ¶ ps.lxxxj. Nescierūt neq̄ intellexerūt: in tenebris ambulant. Uuius aūt cā fuit: qz opera eius per fidē inspicere noluerūt. z ideo dr Amb. qꝫ periculosissime peccat qui ignorat. j. Cor.xv. Euigilate iusti z nolite peccare: ignorantiā em̄ dei quidam habent vsq̄ ad hec. Supra.iij. Uocē eius audis: z nescis vnde veniat aut quo vadat.

Uos scdz carnē iudicatis: ego nō iudico quenq̄ Etsi iudico ego: iudicium meū verū est: qz solus non sum: sed ego z qui me misit pater. Et in lege vestra scriptuz est: quia duoꝝ hominū testimoniū verum est Ego sum qui testimoniū perhibeo de me ipso: z testimoniū

patris accedit auctoritas: z filij iusticia z veritas. Et ideo ōr qꝫ nō est solus: qz pater secū est iudicās auctoritate. Et b modo iudicij patris cū filio nullam generat suspitionē: sed ꝓfert auctoritatē z firmitatem. Sic ḡ ptz solutio ad primū Ad aliō aūt dicendū qꝫ ideo: qz pater vnū est cū filio: pbaꝫ certius esse iudiciū: qz iudiciū pris non vacillat aliq̄ dubitatōe. z cum filij⁹ vnit patri: tunc iudiciū filij firmaꝫ firmitate iudicij patris. Ad tertiū dicendum qꝫ non dr hic pater esse cū filio, ꝓter testimonium humanū: sed ꝓter testimoniū diuinū. sicut iam supra dctm̄ est: qđ est in demōstratiōe clare veritatis per effectū. qz etiā multa testimonia humana nō faciunt nisi veritatis opinionē. Deus aūt p opinionē nō iudicat: sed p certitudinis demōstrationē ¶ Et ī lege vestra scriptū est ¶ Deutero. xvij.z.xix. ¶ qz duoꝝ hominū testimoniū est verū ¶ Arguimentū ē: nō a lege: sed a minori. Sic Min⁹ videt qꝫ testimoniū duoꝝ hominū firmet iudiciū: q̄ testimoniū duaꝝ personaꝝ diuinarū. Firmat aūt iudiciū boium sm legē: testimonium duoꝝ hominū. ḡ multo magis iudiciū diuinum firmat testimoniū certuz duarū personaꝝ. Deut. xix. In ore duoꝝ vel triū testiū stabit oīs verbuz. j. Jo.v. Tres sunt q̄ testimoniū dant in celo. pat⁊ filius: z spūssanct⁹. z hi tres vnū sunt ¶ Ego sum ¶ Ecce adaptat dicens ¶ ego sum q̄ testimoniū ¶ infallibile ¶ phibeo ¶ per opa que nemo alius facere potuit ¶ de meipso ¶ qꝫ sum lux z vita z creator mūdi. Jo.j. Qđ factum est in ipso vita erat cē. ¶ z testimoniū perhibet de me ¶ qꝫ sum filius dei ¶ qui misit me pater ¶ attestatiōe voc⁊ z operum. Lu.iij.z.ix. Uox patris intonuit: hic est filius⁹ dilectus. hoc em̄ clamabat pater z voce z opere z eterne glorie demonstratiōe: scz in mōte transfiguratiōis. Matth.xvij.z Luc.ix. j. Joan.v. Si testimoniū hoim accipim⁹: testimoniū dei maius est: qm̄ hoc est testimoniuꝫ dei qđ maius est: quia testificatus est de filio suo.

Dicebāt ergo ei Ubi est pater tuus? Respondit iesus: Neq̄ me scitis neq̄ patrē meū Si me sciretis forsitan z patrem meū sciretis.

Ecce pars illa in q̄ occasiōe testimonij qđ induxit de p̄e: querunt. Ubi sit pater. Habet aūt duas ptes. In quarū Prima ponit Ignorantiū q̄stio. In Scda Lecitaꝫ infidelius redargutio ¶ Dicūt ḡ ei Ubi est pr̄ tuus ¶ Jo.xiij. Dñe oñde nob patrē z sufficit nobis. Carnales ci nihil intelligūt de p̄e celesti. Attendendū aūt est qꝫ nō querunt Quis sit pater: qz hoc scire putabant. scz qꝫ Joseph pater esset: z mater Maria: z fratres ei⁹ se cognoscere putabāt. Sed querunt Ubi est pater tuus: vt temeritate huius missiōis qua filiū suū mittere auderet ad docendum: in eum vindicaret. quia patrem celestem intelligere non potuerunt. Unde Joannis.viij. Non intellexerunt quia patrem dicebat esse deum. Joannis p̄mo. Deum nemo vidit vnq̄ ¶ Respōdit iesus ¶ Ecce Lecitaꝫ z Infidelitaꝫ redargutio. Et dr Duo, Scilicet qꝫ ne

sciebãt. z Q̃ viam cognoscendi patrẽ scire nõ volebãt. Dicit ergo ⁊ Neq̃ me scitis ⁊ quem scire deum esse p opera, possetis si velletis. Sed qz opera scire nolebãt. z ideo q̃uis figurã exteriorẽ nossent corpis: tamẽ virtutẽ deitatis estimare nõ potuerunt: z ideo patrem scire non potuerunt. qz In oĩbus spũalibus in quibꝫ substantia sensibus non subiacet: necesse est per opera venire ad virtutem: z p virtutẽ venire ad essentiã. Et ideo si vidissent opera filij: vtutẽ deitatꝭ agnouissent. Et cum virtus sit vna: suba est vna: z cognoscẽdo sbam in filio: cognouissent subam in patre. Item Cognoscedo opa filij: et p opa substãtiam: facile scire poterãt: qt hãc substãtiã nõ a se sed a pte habuit. z ideo cognouissent pfez. Sed infidelitas z iudicia clausit eis oculos. q hac via incedere nõ potuerũt. Et hoc est qõ dicit. ⁊ neq̃ me scitis ⁊ ẽ est: p vtutes z opa scire nõ vultis. Jo. xiiij. Philippe q̃ videt me videt et pfez. Quõ tu dicꝭ. Ostende nob pfez: Nõ credis: qz ego in pte: z pater in me est: Et ibidẽ Alioq̃n, propter opa credite ⁊ neq̃ pfem meum ⁊ qz ego in opibꝫ clarificãdo me: clarificaui patrez. Jo. xvij. Ego te clarificaui sup terrã. op⁹ p̃fũmaui qõ dedisti mihi vt facerẽ. Et sic õz: propter vnitatem Substãtie z Utrius z Operatõis. Mat. xj. Nemo nouit filiũ nisi pr̃. z nẽo nouit pr̃em nisi fi. zc. Jo. v Nec vocẽ pr̃is vnq̃ audistis. neq̃ speciẽ ei⁹ vidistis. neq̃ v̈bũ ei⁹ habetis in vob manẽs. qz ⁊ si me sciretis ⁊ sicut scire posset: noscendo vtutẽ p opera Ro. v. Per ip̃m habem⁹ accessum ad pfem. Jo. xiiij. Nemo venit ad pfem nisi p me ⁊ Forsitan ⁊ Nõ est nota dubitatõis i deo: sz mobilitatis eozũ in libero arbitrio. qz certa via ad pfez est filius. Un Aug. dicit q dicẽdo ⁊ forsitan ⁊ nõ dubitat. sz dubitates irridet z increpat. qz Certissima via est p effectũ cognoscere causam. z p causam vlterio: ẽ causam. Ut Per opa cognoscere vtutẽ infinitã: et per virtutẽ infinitã essentiã diuinã. Facile enĩ scit Q diuina substãtia incõmutabil' est. et Q non multiplicat. Et ita Eadem substãtia est q̃ hec opatur. z Una virtus. z Q inter mittentẽ z missum est distinctio psonar. Et ideo: alia est psona pr̃is: z alia filij: q̃uis sit vna substãtia. Et sic culpantur qui ẽ nõ cognouerũt. Sed ⁊ forsitan ⁊ dicit. qz hec auersio põt esse tã volũtatis quã sue q̃ ratõis. Et ẽ est qõ dicit ⁊ Forsitan z patrẽ meũ sciretis. ⁊ Joan. xiiij. Si cognouissetis me et pfem. meũ vtiq̃ cognouisseris. Sed videt esse ꝯtradictio Joan. v. Neq̃ vocẽ eius vnq̃ audistis. neq̃ speciem eius vidistis. Ergo patrẽ neq̃ p filiũ neq̃ per aliũ cognouerũt. Ad hoc dicendũ q in veritate ducuratõis p opera filij: et per scripturas poterãt cogscere filiũ qz filius dei est. z sic nouissent et patrẽ. Sz p auersionẽ inuidie z puerse volũtatis: ad hãc collatõem nõ puenerunt. Et ideo dicit q patrem nõ cognouerunt.

Hec verba locutus est Jesus i gazophylatio docẽs in tẽplo: z nemo apphẽdit eũ: quia nõdũ venerat hora eius.

Incipit hic pars In qua ostẽdit deitas christi: in eo q licz puocaret eos vbis: tñ i eũ nihil facere potuerũt añq̃ voluit. qz diuinũ aliq̃d lucebat in frõte illi⁹: vnde exciti fuerũt. sicut sup scõo dixim⁹ Dicit g̃ ⁊ Hec verba ⁊ puocãtia iudeoꝝ ꝯ se ⁊ locutus est Jesus ⁊ z determinat locũ ⁊ in gazophylatio docẽs in templo ⁊ De quo s. scõo notatũ ẽ. quod huic doctrine sufficit. quia Triplex erat oblationũ refuatoriũ. Musach z Lozbona z Gazophylatiũ. Erat ãt gazophylatiũ loc⁹ iudeoꝝ ĩ atrio qui totus erat in potestate iudeozũ z phariseozũ. z tamẽ ibi domino nocere nõ potuerũt. Un Matthei. xxvj. Quotidie apud vos docens eram in tẽplo: z nõ me tenuistis. Sz hec est hora vĩa z ptãs tenebraꝝ. Et hoc est qõ sequit ⁊ Et nemo apprehendit eũ ⁊ cum tñ ad ẽ conarent. Un. vij. supra õr: q miserũt ministros vt tenerẽt eũ ⁊ qz nondũ venerat hora eius ⁊ nõ fatalis: sz electõis. Joã. xiij. Scies iesus qz venit hora eius vt trãseat ex ẽ mundo ad patrem.

Dixit ergo iterũ eis iesus Ego vado z queretis me: z in peccato vestro moriemini.

Hic ostendit Qualiter ab excecatꝭ hec lux queritur z non inuenit. Diuidit ãt hec pars in duas particulas. In quarũ Prima ostendit Q q̃uis lux ab excecatis querat: tamen non inuenitur. In Secunda autẽ ostendit q etiam quando extincta putat ab eis: maxime oriet z cognoscet. Ibi: Dicit ergo iesus: cum exaltaueritis. Adhuc prioz earuz in Tres diuidit. In Prima ostendit Q lux ab excecatis q̃sita nõ inuenit. In Secũda Causa cecitatis aperit. Ibi: Dixerunt ergo iudei: nũquid interficiet se: In tertia Q lux palam ostensa: a cecis non videt: designat Ibi: Dixerunt g̃ Judei Nunquid es: In Prima harũ Quattuoz dicunt. In quoꝝ Prio Lux ista significat sui processus trãsitum ad omnẽ illuminatonẽ. In Secundo Lucis istius ab excecatꝭ signat inquisitionẽ. In Tertio Inuentionis impossibilitatẽ. Et in Quarto Istius impossibilitatis signat ex parte cecoꝝ causalitatem. Dicit g̃ ⁊ Dixit ergo iterꝫ ⁊ iteratas ingerens illuminationes ⁊ Iesus ⁊ auctoꝝ saluꝭ. Luce. ij. Lumen ad revelationẽ gentium. Lumen enĩ semp spargit illuminationez. Esaie. lviij. Oriet in tenebris lumen tuũ: z tenebre tue erunt sicut meridies. quia Semp varias intulit illuminationes tenebrosis vt noticiã lucis traderet ⁊ Ego vado ⁊ Tripliciter. quia ⁊ Vado ⁊ hoc ẽ: sicut lux ad illuminationez oĩum pcedo. z ⁊ Vado ⁊ quia ad fontem lucis redeo ⁊ Vado ⁊ quia sicut supiores: ita inferiores partes illumino. De primo dr̃ Prouerbioꝝ. iiij. Semita iusti quasi lux splendens procedit z crescit vsq̃ in pfectum diem. Perfecta autẽ dies est: quãdo sol totum mundũ illuminat. Ita sol iusticie ortus in iudeis in luce processit ad gentes: vt nullus esset qui lumẽ eius nõ peciperet. Joan. j. Erat lux vera que illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. Eph. iij. Illuminare oẽs que sit dispensatio sacramenti a seculis absconditi in deo. Et ideo õt ad filiuz pat celestis. Esa. xlix. Parum ẽ mihi vt suscites mihi tribus iacob z feces isr̃l' q̃ vertẽdas. Ecce dedi te in lucem gentiũ vt sis sal⁹ mea vsq̃ ad extremũ tre Sic g̃ ⁊ Vado ⁊ pcedẽdo ad oẽm mũdi partẽ q̃si pcedẽs lux ⁊ Vado ⁊ etiã: qz p Crucẽ z Resurrectionẽ z Ascensionẽ ad patrẽ sicut ad mee lucis fontẽ redeo. Un de sole dr̃ in ps. xviij. A sũmo celo egressio ei⁹ zc. Jte ps. lxvij. Iter facite ei q̃ ascẽdit sup occasũ. dns nomẽ illi. Qz cũ occũberet: merito occasus cũ suis ad patrem ascendit: qõ nõ faceret nisi dns mortis z vite esset. Ecce j. Oriet sol z occidit: z ad locũ suũ reuerꝭ ⁊ Vado ⁊ iterꝫ: qz inferiores p ipz fic supiores illumino. Ecci. xviij. Penetrabo pres inferiores terre: z inspiciã oĩs dormiẽtes: z illumiabo oẽs sperãtes in dño. Lu. j. Illumiare his q̃ in tenebrꝭ z in vmbra mortꝭ sedent. Sic g̃ ego vado ꝯtinuis profectibꝫ illuminationũ. Jo. viij. Adhuc modicũ vobiscũ sũ. z vado ad eũ q̃ misit me: z nemo ex vob interrogat me q̃ vadis. Ita cũ manifesta luce pcedo: q nõ est op⁹ vt q̃s interroget cunctꝭ sciẽtib⁹: qz ad patrẽ sicut ad fontẽ lucis clare pcedo. Esa. xvij. Ego quiescã ꝯsiderabo i loco meo: sicut meridiana lux plena ẽ. Sic enĩ q̃escit in sũmo celi in dextera pr̃is: z ꝯsiderat cecitatẽ infidelitũ z fidelitũ per fidei illuminationẽ ⁊ z queretis me ⁊ Nic Lucis ab excecatis oĩdit inq̃sitionẽ. Et hec facta est Triplicit. qz Uerũ solẽ nolẽtes recipe: aliũ quendã q̃rũt z expectãt. Jo. v. Ego veni in noie pr̃is mei zc. ij. Thes. ij. qz charitatẽ vitatis nõ receperũt vt salui fierẽt: iõ mittet illi⁹ de⁹ operationẽ errorꝭ vt credãt mẽdacio: q nõ credidert vitari. Rho. xj. Qõ querebat isr̃l' nõ est ꝯsecutus. electio vo ꝯsecuta est: ceteri ãt excecati sũt. Adhuc ãt ⁊ queretis me ⁊ pseqndo in aplis vt extinguaꝭ nomẽ meũ. iij. Reg. xix. Ego relict⁹ sũ solus: z querũt aiam mea. Adhuc ⁊ queretis me ⁊ p legis obseruationẽ: q̃ tũc iam mors tua erit z mortifera. Esa. lviij. Me de die in diẽ q̃rit: z scire vias meas volũt: q̃si gens q̃ iusticiã fecerit: z mãdata di sui nõ dereliq̃rit. Amos. viij. Circũibunt q̃rentes v̈bũ dñi z nõ inuenient. Et ẽ est qõ õr. Et non inuenietis. Sz: fin primã expositoez Inuenietꝭ p me antichristũ: erroꝭ z mẽdacij opatorẽ. Scõz aliã. Nõ inuenietis me: ad extinguendum. Scõz tertiã Nõ inuenietꝭ: sz meritũ eterne ꝯdẽnatõis recipietꝭ. De primo Jo. vij. Queretꝭ me z non inuenietꝭ. De secõo Lanc. iij. Per noctes q̃siui quẽ diligit aia mea. q̃siui z nõ inueni. ẽ est p noctẽ tempestatis z psecutionũ ex cecitate pcedentiũ. De tertio õr Sap. xvij. Una catena tenebraꝝ oĩs tenebant. Job. iij. Uiro cui⁹ abscõdita ẽ via: z circũdedit euz dns tenebris ⁊ z in peccato vro moriemini ⁊ z ideo me nõ inuenietꝭ: qz in vro pcto infidelitatis vĩe moriemini. Esa. vj. Excreca coz populi hui⁹: z aures ei⁹ aggraua: z oculos eius claude: ne forte videãt oculis: z auribꝫ suis audiãt: z corde intelligãt z ꝯuertant: z sanem eos Sz videt q de⁹ reuelauerit eis suã dãnationẽ. Et ẽ videt inconueniens: Qz fin hoc coegit eos desperare. Hoc ãt inconueniens est: cũ Sciẽtia z Revelatio sit pietatis fructꝰ. Desperatio autẽ cũ pietate nihil cõe habet. Sed ad hoc Triplr est Respondendũ q̃ non coegit eos desperare: quia illud p̃monitio ẽ sicut in oĩm ꝓphetia cõminatiõis. In qua semp subintelligit q̃ mutari põt: sicut mutanꝭ merita. qz non intelligit nisi fz cãm meritoriã. que si mutat: mutatur z pena q̃ predicit. Sicut Jone. iij. Adhuc q̃dragita dies z Ninive subuertet. Hiere. xviij. vbi dicit Q si loquet de subuersione alicui⁹ regni vel ciuitatis: z illa gens pniam egerit: penitebit etiam deus de vbo qõ locut⁹ fuit. Et iõ illud qõ hic õr: intelligit de obstinatione iudeozũ presenti. Et nisi penitentiã agãt de illa: ip̃si in peccato suo morientur. Aliter potest dici q̃ in cõmuni dixit. Et iõ non ad singulos retulit nisi cum hac cõdicione. s. nisi recedãt ab incredulitate. Tertio solutur q̃ est preuisio future cecitatis: z non causa. Et iõ cũ causalitas excecationis fuerit ex parte eozũ: z non in deo: ex parte ipsoꝝ fuit excecatio. Et cum voluntas excecationis fuerit ex parte ipsoꝝ: non fuit aliqua in peccato remanendi necessitas: sz voluntas. Et ita non fuit aliqua causa desperatiõis. Numeri. xxvij. Pater noster in peccato suo mortuus est in deserto. Hoc enim nõ fuit causa desperationis: quia mutare potuit si voluit.

Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei.

Hic tangit Inuentionis ipossibilitatẽ. Dicit ergo ⁊ Quo ego vado ⁊ Siue illuminãdo p̃dicatione. Siue redeũdo ad patrẽ. Siue p eorum qui sunt in inferno illuminationez ⁊ vos nõ potestis venire ⁊ Idẽ Jo. xiij. õr petro. Tu non potes me sequi modo Sed ibi addit: modo: qz post ea fide ꝯfirmatus seq̃ poterat. Isti ãt ꝯfirmati et radicati in infidelitate: sequi nõ poterãt. Heb. iij. Quibꝰ ãt iurauit vt nõ intrarẽt in requiẽ suam: Nonne bis q̃ increduli fuerũt: Et videm⁹ q non potuerũt introire, p̃ter incredulitatẽ. z ita nullam viarũ suaꝝ sequi poterant. ps. lxxvj. Uestigia tua nõ cognoscent. Nec enĩ venietis Ad fidẽ gẽtiũ. Nec Ad thronũ dextere p̃is. Nec etiã Ad liberationẽ defunctoꝝ: sed pot⁹ excecati: deficietꝭ ab his oĩbus. Et huius cã est: quia in peccatis vestris vultis pmanere. Et qz ad sequendũ me nõ estꝭ parati. ⁊ Dicebant g̃ Judei ⁊ sicut Infideles: z fiẽ Excecati: z sic Aialcs diuina nõ sapiẽtes. z sicut Indeuoti. z Impatiẽtes ad audiendũ sermonez dei. De Infidelitate eorũ dr̃ Jo. v. Quo potestꝭ credere q̃ gl'am ab inuicẽ accipitꝭ: z gl'am q̃ a solo deo est nõ vultis. De cecitate Matth. xv. ceci sunt z duces cecoꝝ. De Aialitate. j. Loꝝ. ij. Animalis hõ nõ pcipit ea que sunt spũs dei. stultitia enĩ est illi: qz spũaliter ꝯaminat. De Impatiẽtia Act. vij. His auditꝭ cõtinuerũt aures suas: z impetũ fecerũt vnanimiter in eum. z hoc ostendit dictũ eozum.

Nunquid interficiet semetipsum: qz dicit: Quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsũ estis: ego de sursum (al's supi⁹) sũ Vos de mõdo hẽ estis:

Ego nō sum de hoc mundo. Dixi ḡ vobis: qz in pctis vestris moriemini. Si enī nō crediderit is mihi qz ego sū: moriemini i pctō vestro

In hac enim pte scōa Causa cecitatis eoꝝ agit. Et habz duos pagraphos. In q̄ꝝ Primo ostēdit ipe Cecitatis eoꝝ signū in ceca interrogatōe quā faciūt ad se inuicē. In Secūdo Cecitatis oīdit vera causa. Dicūt ḡ⁊ Nunqd iterficiet seipm⁊ Et subdit Uñ buī dicti habuerūt occasionem. ⁊ Qz dicit quo ego vado vos nō potestis venire⁊ Hic exclamāt sīl Chrys. et Aug⁹. de fatuitate. Interficere enī seipm nō est ire: ꝫ pot⁹ p morte remanere. Adhuc autē Si interficere se: esset ire: et ipī hac via possent ire. qz ipī multo magꝭ possent seipos interficere. Adhuc autē Nō interficit seipm (sic dicit Phs) nisi q̄ z apud se z apud alios turpis ē z amar⁹ et cōplexiōe z moribꝫ. Quia illi nec apud se pacē nec apō boies iuenīūt. morī eis ē eligibilior q̄ vita. Chr̄s aūt in cōplexiōe Et ad deitatē vnione. Et eis gr̄e et virtutis plenitudie. Et sibi Et omnibꝫ alijs sctis delectabilissim⁹ fuit. z ideo vita sua z sibi z alijs iocūdissima fuit. Et iō nūq̄ ad hoc inclinari posset vt interficeret seipsum Ipī autē omni bono puari: pot⁹ ad hoc inclinarent. Et ideo eis cecitatis signū fuit hec q̄stio eoꝝ. Hoc enī deus maxime inhibuit Ps. ciij. Nolite tagere chr̄os meos zc. Zach. ij. Qui tagit vos: tāgit pupillā oculi mei. Sed Achitofel et Judas pditores interfecerūt seipos. ḡrū isti in pditōe contra christū iā tūc ꝛcepta: socij fuerūt. Actu. vij. Patres vestri occiderūt pphas q̄ pnunciauerūt ō aduentu iusti. cui⁹ vos nūc pditores fuistis z homicide. z iō multū fuit vicinū eis vt interficerēt seipos Sed fatuā hāc q̄stionē fecerūt: ideo qz nihil iam aliq̄d meditabant nisi christi interfectiōem. Et iō modica verboꝝ occasio indurit eos vt illā q̄cunqꝫ modo loqrent adimicē. Lu. vj. Et abūdātia cordis os loquit. Bon⁹ hō ō bono thesauro cordis sui pfert bona. mal⁹ aūt de malo thesauro cordis sui pfert mala. ⁊ Qz dicit q̄ ego vado.⁊ Mors enī christi pfectus est z nō defect⁹. Et hoc est ⁊ quo ego vado vos ⁊ qui nō nisi p me accessum ad lumen z ad pr̄em habere potest. Ephe. ij. Per ipm enī accessum habem⁹ ad pr̄z. Et qz accessum non habetis p me: iō ⁊ nō potestis venire⁊ Joānis xiij. Nemo venit ad pr̄z nisi p me. Jo. iij. Nemo ascēdit in celū nisi q̄ de celo descēdit zc. Et qz vos nō adheretis filio hois: iō vbi ego sū venire nō potestis. ⁊ Et dicebat eis⁊ causas verissimas demōstrātes sue cecitat. Et tāgit Duo. Scz. Causaz z Effectū. Cām aūt duplicē. Naturā corruptā: et Corruptū affectū. Naturā tāgit ī b q̄ dic. ⁊ Vos de deorsum estis⁊ Natura enī būana: i grā innocentie z i manu formatoris dei fuit i sūmo. Et ab hac altitudie cecidit q̄n pctō adq̄uit z in corruptōne tūc depssa fuit: z pōdere corruptōis ꝓtinue i pei⁹ trahit. ij. Timo. iij. Mali hoies seductores proficiūt in pei⁹ errādo. et i errorē mittētes. Tales fuerunt illi qui cōtinue pei⁹ et pei⁹ i ista corrupti one defecerūt. Jox. xv. Qualis terrenus: tales z terreni. Hoc est: qualr corruptus fuit terren⁹ pater: tales sunt terreni filij: q̄s ad imaginē z similitudinē sue corruptōis pfudit. Sap. xq. Erat semē maledictū ab initio. Et immutari non poterat naturalis malicia coꝝ: qz cōtinue illi malicie dedēt incremēta. Jo. iij. Qui de terra est de terra loquit: ⁊ Ego⁊ per oppositus⁊ de supius sum⁊ qz Quo ad naturā diuinā: sū de equalitate patris. z Quo ad naturā humanā: de altitudine imunitatis pecati z innocētie: z plenitudis gr̄e: quā ab instāti cōceptōis accepi: z nunq̄ deserui. sed semp ea plen⁹ fui. Joā. iij. Qui de celo venit sup oīs est. Jox. xv. Qualis p̄ celestis: tales z celestes. Sap. xviij. Oīnipotēs sermo tu⁹ dñe de celis a regalibꝫ sedibus venit⁊ vos⁊ per affectū z voluntatē⁊ de hoc mūdo estis⁊ Non ō mūdo simplr: sed⁊ de hoc⁊ signāter⁊ mūdo⁊ in malicia fūdato. j. Jo. vl. Totus mund⁹ in maligno positus est. j. Jo. ij. Quicq̄ quid est in mūdo: aut est ꝛcupia cordis: aut cōcupiscētia oculoꝝ: aut supbia vite. Rho. viij. Qui ꝛz carne sunt: q̄ carnis sunt sapiūt. Phil. iij. Bl'ia in ꝛfusione coꝝ q̄ terrena sapiūt⁊ Ego⁊ per oppositū vobis affectū⁊ nō sum de hoc mūdo⁊ Sz potius de celo: z celestis p̄z affectuz voluntate. Jo. xvij. De mundo nō sunt sicut z ego nō sum ō mundo. Jo. xviij. Regnū meū nō est de hoc mundo. Et qz tales est: ⁊ obscuritati terrene cōmixti: z nihil in vobis est de lumīe celesti: ideo ceci estis. Terra enī non confert visum: sed lumen celeste⁊ Dixi ergo vobis⁊ Hoc est: hac de causa⁊ qz moriemini in peccatis vestr⁊ obstinati: qz lumē visus veritatis: per quē visum de peccat⁊ creatis: recipe nō vultis. Jo. iij. Qui incredulus est filio: non habet vitam: sed ira dei manet sup eum. Unde ꝓz q̄ dictum dñi non imponit necessitatē. Sed pot⁹ declarat hoc quod sequit: eoꝝ in malo obstinatā voluntatē. Hi enī qui p pondus malicie semper descendunt: z augent malicia: de se spem nullā dant ereūdi de peccato: sed sunt diffidentie filij. De q̄b dicit Ephe. ij. fm principē potestatis aeris huius spūs qui nunc operat in filios diffidētie. Item. v. Ira dei venit in filios diffidētie. Et hoc signatur Exod. xv. Descenderunt in pfundum quasi lapis. Ezech. xxxij. Descenderūt in infernum cum armis suis: z iniquitates eoꝝ ī ossibus eoꝝ. Thiere. xvij. Peccatuz iuda scriptum est stilo ferreo: in vngue adamantino. exaratū est sup latitudinē cordis eorum: vt indelebile sit factuz. Et quia sermo christi nō facit desperationē istā: sed pot⁹ obstinatuz coꝝ. Iō addit⁊ Si enī nō crediderit is quia ego sum⁊ Ecce Via salut⁊ p quā solā exire pñt ō pctis. Quāuis āt fides donū dī sit: ō tñ nulli negatur credere voleti. z sic i volūtate nr̄a ē obicē ponere fidei vel ꝛsentire ad credendū. Et p pñs in voluntate nr̄a est in pctis mori: vel de pctis exire. Et hoc est quod ōt⁊ si enī nō crediderit⁊. Act. xv. Fide purificans corda eoꝝ. Rhomanoꝝ. iij. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine o. le. Jtē Rhoma. x. Si cōfitearis ore dñm iesum christū: z ī corde crediderit q̄ deus suscitauit illum a mortuis: saluus eris ⁊ quia ego sum⁊ Hoc est: quia vere sum: qz idipm sp sum. p̄s. cj. Tu aūt idē ipe es: z anni tui nō deficiēt. Exo. iij. Ego sum q̄ sum. Od verū est nomē dei: a q̄ fluit oīe esse⁊ moriemini in peccato vestro⁊ Et sic a vero esse deficit: nec resurgere nec redire ad vez esse potestis. Jo. j. Sine ipso factū est nihil. Aug⁹. Pccm nihil est: et nihil fūt hoies dū peccāt. Ezech. xxviij. Nihil facti es: z nihil eris in ppetuū. Et qui sic ad nihil appropinquat: proinde morit: nec vnq̄ redibit ad cē. Ad q̄ vob reditus non patebit nisi per fidē: quā vos ceci Non habet Nec habere vultis Nec habere q̄rit: qz cecitatē vestrā non cognoscit: z in ea vos pacē habere putat. Sap. xiij. In magno inscitie bello viuentes: tot z tammagna mala pacem esse arbitrati sunt.

Dicebant ergo ei: Tu quis es?

Dicit ḡ⁊ Dicebāt ergo ei⁊ Hic Duo dicūtur. In quoꝝ Prio Questio est de lumine. In Scōo aūt ostendit lumen: nec tñ videt. Dicit ḡ⁊ Dicebāt ergo ei⁊ adhuc infideles iudei. Esa. xxj. Qui incredulus est: infideliter agit⁊ Tu quis es: ⁊ in Persona: vl' Nomine. Hāc questionē faciebāt occasione eius q̄ dixerat. Si nō crediderit⁊ q̄a ego sum. Unde queritur⁊ Tu quis es: ⁊ in Persona: vl' Nomie. Unde Blo. Qz dixisti: qz ego sum. Et nō addidisti q̄s: Nunc ḡ dic. Quis es: vt credamus. Esa. xlv. Vere tu es deus absconditus: deus isrl' saluator. Est aūt istoꝝ cecitas: qz voluerūt q̄ nomie diffinito de se respōderet: qui indiffinibilis ē z infinitus. s Beñ. xxxij. Cur queris nomē meū quod ē mirabile.

Dixit eis ihesus Principiū qui et loquor vobis.

Hic in Resposiōe tāgunt Duo. In quoꝝ Primo lux ostendit. In Scōo Cecitas eorū qui lucē nō vident arguit. In primo hoꝝ Tria dicuntur. In quoꝝ Primo Lux vera monstrat. In Scōo Judiciū de his qui lucē hanc calumniant oīdit. In tertio Veritas de lucis demōstratione aperit.

Dicit ḡ⁊ Principiū qui z loquor vobis⁊ A duob⁹ sol lux ista que sit ostēdit Ab origine: z A. p̄pria operatiōe. Ab origie cum ōr: Principiū. August. Pater dr principiū: nō de principio. a q̄ aliꝰ us. i. filius. Qui dicit principiū de principio. id ē: a patre: per quē oīnia. Oīnia enī per filiū pat⁹ operatus est. Ipe enī est Manus: z Dextera: z Fortitudo: z Sapientia: z Uerbū est patris: Principiū aūt se ōr filius. qz licet pater z filius z spūssanct⁹ sint vnū principiū oīnis creature: z pater sit principiū totius diuinitat⁊: Tamē si principiū in rōe cause efficiētis z formalis sumat: tunc fm moduz intelligēdi filio appropriat⁊ ratio pncipij. quia ipse in q̄ntū virtus patr⁊: est formalis cā principij. Et sic q̄dez bonitas (que attribuit spūsancto) ad causandū inclinat. Sic etiā pater cui attribuit potentia: causat. Sed rōnem causalitatis adhibet ars z sapia: que filio attribuit. Et sic fm rōnem: filius p̄ma causa est effectui. Et b modo dina noīa ordinat Diony. Proxima aūt causa maxie nota ē quo ad nos Et ideo ostendit q̄s sit: per hoc q̄ maxime notū erat eis. p̄s. cix. Tecum pncipiū in die virtutis tue zc. Apoc. j. Ego sum alpha z o: principiuz z finis⁊ qui z loquoz vobis⁊ Ecce Lucis ꝓpr⁹ actus. Sicut enī omniū principiū est per hoc: q̄ oīnia per ipm facta sunt Ita etiā ꝓprius eius act⁹ est diffundere lumen z spargere. Et hoc ꝓprie facit verbū per loquelam. Sic enī verbum lumen suum ad coꝝ palat. Jo. xv. Si nō venissem z locut⁹ eis nō fuissem: peccatū non haberēt. Loquēdo enī lumen spargit: z omnes illuminat. Heb. j. Multifariam multisq̄ modis zc. Uñ ibidem dr. Qui cum sit splēdor gl'ie: qz in loquēdo se ostendit splendorē esse. Et ideo sic se manifestauit p Originē z Actū.

Si aūt queritur Per q̄d trahit hoc q̄ dico Principiū: ad standū p filio: Cum pncipiū cōueniat ceteris pīonis: Jam ꝓz ex dictis: qz Uerbū dicit rationē pncipij. primā creature: z per hāc appropriationē stat p filio. Tñ q̄ꝝ is legam⁹ fm Aug⁹. et Bedā: nō habet hanc lram Chrys. Sed ōr in greco codicib⁹ in veris exemplaribꝫ esse hanc lram⁊ Et a principio dixi vob⁊ Et sic exponit. Vos queritis quis sum. z hoc nō oportet: qz⁊ a pncipio⁊ pdicationis mee⁊ dixi vobis⁊ z Quis sum: qz filius⁹ di sum. z Uñ sum: qz a deo patre missus sum. Et hoc dixi ꝓbo: z pbaui per effectū in ope: qz sum filius⁹ dei fm diuinā generationē. z filius hois ꝛz humanā. Jo. xx. Ut credatis qz iesus est filius dei viui: z vt credentes vitā habeatis in noīe ipius. Tñ Aug⁹. dicit q̄ in greco pater q̄ principiū est accusatiui casus. z femini generis. Acti dicat. Ueritatē credite me ee: qz illa est omniū principiū. Jo. xiij. Ego sum via veritas z vita.

Multa habeo de vobis loq et iudicare: sed qui me misit verax est: Et ego q̄ audiui ab eo hec loquor in mundo Et nō cognouerunt q̄a patrem eius dicebat deum

Hic ostēdit Judiciū futurū de his q̄ lucem hāc calumniant. Duo aūt ōr. Scz Qd suū est de talibus iudicare. z Qd differt iudiciuz vsq̄ ad temp⁹ prefinitū a patre Dicit ḡ⁊ Multa⁊ male contra me per calumniā facta⁊ habeo de vobis loq z iudicare⁊ Etsi obiciāt q̄ supra. iij. dr Qd non misit deus filiū suū in mundū vt iudicet mundū. Dicit Aug. q̄ Aliud est nūc iudicare: hoc est: nunc verba ꝛdemnatōis ꝓferre: z Aliud multa iudicare habere in futuro: q̄n cum tps accepit iusticias: iudicabit Matth. vij Jn quo enī iudicio iudicaueritis iudicabimini. Sic ḡ⁊ multa habeo de vobis loqui⁊ docendo si credideritis. Ezech. iij. Fili hominis oīes sermones meos quos ego loquor ad te assume in corde tuo: z auribus tuis audi: z vade z ingredere ad trāsmigrationē ad filios populi tui: z loqueris ad eos z dices. Hec ōr dñs deus: si forte audiāt z quiescāt⁊ z iudicare⁊ in futuro: q̄uis ꝛdēnatōis vba mō nō proferā. Esa. iij. Dñs ad iudicium veniet cum senioribus populi sui z pncipibus suis Mich. vj. Surge z cōtende

iudicio aduersus mōtes ⁊ colles et audiēt vocem
tuā. Esa.v. Judicate inē me ⁊ vineā meā. sed qui
misit me. pater. verax est. in iudicio. ⁊ psonā
nō accipiet nec munera: ⁊ ideo ad iudicū illi⁹ refe
ro me. Verax enī est pater ex se: ex quo sum ego ve
ritas quā genit ex se. Et ideo vt vitas: fili⁹ vitatis:
vera dico et iudico. ⁊ ideo que audio iudicare: nō
manebūt indiscussa. Rhom.iij. Est aūt de⁹ verax.
omnis hō mendax. Act.x. Nō est psona⁹ acceptor
deus: nec etiā munerū acceptor. Prouer.vj. Non
accipiet p redēptōe dona pīma. Et ego que au
diui ab eo hec loquor. ⁊ ideo veritatis habet
autoritatē. Audire aūt filiū a patre: est veritatem
in signo veritatis pcipe. Signū aūt veritatis est
verbū. Verbum aūt est: et pcipit se esse filium: in
quātum est sapiētia genita: pfluens a sapiētia inge
nita. Et ideo dixim⁹ supra QX filius videt a patre
p indifferētiā essentie. ſz audit p distinctiōes psone
in quātū est filius verbū. Joan.v. Sicut audio iu
dico: et iudiciū meū iustū est. qz non quero volun
tatē meam: sed voluntatē eius qui misit me. Dicit
ergo. hec loquor (in mūdo) Hebre.j. Nouissime
diebꝫ istis locutus est nob in filio. et nō cogno
uerūt. Ecce cecitas que sibi lucē clare ostensam
nō videt. Mō ieni istis oīb⁹ declarationibꝫ adhibi
tis. cognouerūt. p discretōem certā et fidē. qz
patrē eius naturalē et cōsubstantialē. dicebāt
esse deū. Rho.j. Obscuratū ē insipiēs cor eor:
dicentes se ieni esse sapientes: stulti facti sunt. Abdie
j. Perdā sapientes de idumea. et prudentiā de mō
te Esau.

Dixit ergo eis Jesus. Cū exaltaueritis filiū hois: tūc cognoscetis qz ego sū: et a meipo facio nihil: sed sicut docuit me pater: hec loquor. Et qui me misit: mecū est: ⁊ non reliquit me solū: qz ego que placita sunt ei: facio semp

EE Hic incipit ostendere q̄ etiā cū hec lux maxime
extincta ab eis esse putaret: tūc maxime oriet ⁊ osten
detur ⁊ cognosceret. Dicit autem hic duo. s. q̄ lux
chr̄s post mortē maxime cognosceret. Dicit etiaz et
causam illius. Dicit ḡ duo. In p̄mo Cognitionez
sc̄z nature: post mortē. et Cognitōez vitatis. s. i ser
mone. Dicit ḡ. Cū exaltaueritis. Moys fi
lij dei exaltatio ōr. Quia p ipam ascēdit. ⁊ in Co
gnitōe. ⁊ in Uirtute. ⁊ i Redēptōe. ⁊ i Bitudie. ⁊
In celū. In Cognitōe Phil.ij. Propt̄ qđ ⁊ de⁹ ex
altauit illū: et dedit illi nomē. ⁊c. ⁊ ois lingua pfite
atur. qz dñs Jesus chr̄s i gl̄ia ē dei p̄tis. De Uir
tute quā exaltat⁹ oñdit. qz tot⁹ mūd⁹ p̄tremuit. p̄s.
xx. Exaltare dñe i vtute tua. ⁊c. In Redēptōe. ope
Joā.xij. Ego si exaltat⁹ fuero a terra oīa trahā ad
meipm. De exaltatōe aūt bitudis p̄s.xxix. Exalta
bo te dñe qm̄ suscepisti me. Bē est: ad bitudinē tuā
me sublenasti. De Celi exaltatōe. p̄s.viij. Exalta
ta ē magnificētia tua sup celos de⁹. Dis de causꝫ
ēt exaltatio: moys chr̄i. Et cuius iste: exaltationes
istas nō intēderent: tamē deus pater causauit eas
in pessimis voluntatibꝫ cor. sicut ōr Aug⁹. Deus
optimus nunq̄ malū fieri p̄mitteret nisi sciret bo
na que ex malis eliceret. Et quia hoc bonuz ex ma
lo elicitū est. ideo ōr: Cum exaltaueritis filiū ho
minis. quia fm q̄ filius dei: fm condicionē na
ture diuine ⁊ p̄rietatē: pati nō potuit. Jo.iij. Si
cut exaltauit moyses serpentē in deserto: sic exalta
ri oportet filiū hois. tunc cognoscetis qz ego
sum. qz tunc fm Psal.xcij. Testimonia tua cre
dibilia facta sunt nimis. Un̄ Centurio dixit. Ue
re filius dei homo erat iste Lu.xxiij. Omnis multi
tudo eor qui simul aderant ad spectaculū istud:
⁊ viderunt que fiebant p̄cutientes pectora sua re
uertebant. Et a me ipso facio nihil. Tūc cū
ipse pater ostendit q̄ omnia que fecit filius: ab ipo
fecit. qz tunc omnia p maxima. p digia confirmauit.
Jo.v. Nō p̄t filius a se ipso facere quicq̄: nisi qđ
viderit patrē facientē. Horū aūt maximū fuit q̄
virtute. q̄rie deitat⁹ chr̄ist⁹ resurrexit. Per hec enī
omnia. p bata sunt. Sicut optime Judi.xvj. signifi
catur: q̄ cū philistini Samsonē (qui sol fortis in
terp̄etat) dormientem se cōclusisse gaudebāt. Iste
vincula p fregit: ⁊ ad verticē montis ascendit: Qz
Judei cū chr̄istū dormientē somno mortis se apō
inferos cōclusisse gaudebāt. Ille vt sol fortis: lumē
vbiq̄ sparsit. ⁊ fractis vinculis mort⁹ ⁊ portis in
ferni: in celi verticē cū suis se exaltauit. Et sic omnia
que fecit: a patre celesti se hīe. p bauit. Psal.xv. No
tas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cuz
vultu tuo. Act.ij. Quē suscitauit deus: solutis do
loribꝫ inferni: iuxta qđ impossibile fuit teneri illū
ab eo. Sed sicut docuit me pater. Docere FF
patrē filium est: sicut aliam p̄sonaz generantē: alij
a se p̄sone ab ipo genite: per b̄ q̄ verbū suū est: ⁊ in
lumine suo vbum de ipso. p cedit: tradere noticiaz.
Col.ij. In ipso sunt omnes thesauri sapie ⁊ scientie
dei absconditi. p̄s.lxx. Docuisti me a iuuētute mea:
⁊ vsq̄ nunc. p nunciabo mirabilia tua. Joan. vij.
Mea doctrina non est mea. hec loquor. qz vna
est doctrina patris docētis ⁊ filij docti. Et ideo si
cut docet pater: hec loquit filius. Os enī patr̄ est
filius. Jo.xvij. Opus p̄summaui qđ dedisti mihi
vt facerē. Et qui misit me mecū est. Dorum
que dixit tangit hic. p̄riam cām. Hoc enī ōr: p̄ter
Essentie vnitatē: ⁊ p̄ter Cōsensus cōformitatem.
De essentie quidē vnitate dr̄ Jo.xiij. Non credis
qz ego in patre ⁊ pater in me est: Joā.x. Ego ⁊ pat
vnū sumus. De Cōsensus conformitate Dicre.j.
z misericordie. Esa. v. In cornu filio olei. Translatio Theodocionis hz In loco pingui. Calida autem est calore dilectionis austro assimilata. Cant. iiij. Surge aquilo z veni auster: perfla hortū meuz et fluent aromata illius. Humecta humore lachrymarū pro peccatis. z pscntis vite incolatu z miserie. z pro dilatione patrie. Judic. j. Dedit ei irriguum inferius: z irriguum supius. Equata est p equanimitatē patientie z concordie. Esa. xxviij. Cum adequauerit terrā serce. hoc est: frumentū: quo valles id est humiles: abundabūt frumēto. sicut ōt Ps. lxiij. Et montes. hoc est: superbi destituunt ¶ mortuū fuerit ¶ Adhuc tangit fructū cui comparat seminatio fidei. Ad ilām eñ Branum seminatū mortē in esse individuali: vel multiplicē in multo fructu sue speciei. Et sic christus mortē in se vt in multis resurgat. Mortē aūt vt ōt Aug. in cordibus iudeoz: vt resurgat in fide gentiliū. Mortē nō sua querens: vt resurgat in fructū ꝓximoz. Mortē nudū: resurgit multiplici decoze vestitū. j. Lozz. xv. Insipiens tu: quod seminas non viuificat nisi prius moriat. Et quod seminas: nō corpus quod futuruz es semina: sed nudum granū. veputa tritici vel alicuius ceteroz. deus vero dat illi corp⁹ sicut voluerit. Ita granū illud siue in vbo: resurgit vestitum omni viroze virtutis. Hiere. xvij. Erit ois lignum viride quod ad humorē mittit radices suas. Hoc est quod ōt ¶ Ipsum solum manet ¶ Et non diu manet quia putrescit. Et ideo expedit vt moriat. z sic in gloriā venit fructus resurrectionis. j. Lozz. xv. Seminat corpus animale: surget spūale. seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminat in corruptiōe: surget in gloria. ij. Lozz. ix. Qui seminat de benedictionib⁹: de benedictiōe z metet vitam eternā ¶ Si aūt mortuū fuerit ¶ omnib⁹ modis qui dicti sunt ¶ multum fructū affert ¶ Esaie. liij. Erit germen domini in magnificētia z gloria: z fructus terre sublimis. Sic eñ germinat in gentibus q̄ orbem replet. Esa. xxvij. Florebit z germinabit israel: z replebit facie orbis semine. Sic multiplicat in veritate proximoz. Joan. iiij. Videte regiones: quia iam albe sunt ad messem. Multiplicat in fructu beatitudis. Ps. cxxv. Euntes ibant z flebant mittentes semina sua.

Qui amat animā suaz perdet eā: Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. ℓℓ

Hic incipit explanatio metaphore. Et tangit Duo. Unum in perdendo animā. Aliud in custodiendo. Dicit ergo Q granum seminatū in sui substātia perdit: quia terre tempestatib⁹ vel frigori z calori mortificantib⁹: ipm exponitur propter fructus. Similiter g̃ ¶ Quicunq; amat aīam suam ¶ tanq; granum quoddaz verbo dei ad germen habens potentiā. Si amat eam ad fructum meritoz z proximoz ¶ perdet eam ¶ hoc est: his quib⁹ perdit exponat eam. hoc est exilio: paupertati: tribulationi. Dis eñ perdit anima: hoc est animalis vita. quia illa viuere querit in delitijs car/

nis. Eccl.xviij. Si anie tue prestas cōcupiscētias carnis: facit te in gaudiū inimicis tuis. Sic enim dicit hic anima. Dicit etiā anima ab animeitate: que est substātia spūalis que est interior homo in corde. De quo dicit Esa.xxvj. Anima mea desiderauit te in nocte. Et sic ōr Ps.x. Qui diligit iniquitatem odit animā suā. Et est sensus. Sicut ego vt granum: morior, vt fructū. Ita quicūq; inimator meus esse voluerit: mortificantiby se exhibeat: vt fructum afferat. exquo corda gentiliū se preparant ad seminis susceptionē. Unde dicit Matth. ix. Messis quidē multa: operarij vero pauci. Et Joan.iiij. Videte regiones quia iam albe sunt ad messem. Et per oppositū hoc iterum demonstrat. [Et qui odit animā suam in hoc mundo] abstrahens eam ab his in quibus mundꝰ delectatur [in vitam eternam] Hoc est: in fructu vite eterne [custodit eam] vbi nunq; perdit ō ceteros. Judicū.v. Cor meum diligit pncipes israel: quia propria voluntate obtulistis vos discrimini: benedicite domino. Et Ibidem dicit. Qui sponte ad pericula obtulistis animas vestras: bñdicite domino. Esaie.xlix. Hec ōr dominꝰ ad cōemptibilē animā: Ibi habent. Lxx. Sanctificate eum q̄ despicit animā suam: Non ita vt ōr Augꝰ. q̄ aliquis sibi mortem inferat. sed ita q̄ pro fructu meritoꝝ z premioꝝ: ad vtilitatē proximi se tribulationibus exponat. Rhomanoꝝ.xiij. Curam carnis ne feceritis in desideriis. Gal.v. Caro cōcupiscit aduersus spūm: z spiritus aduersus carnē. Hec enī sibi inuicē aduersant: vt non quecunq; vultis illa faciatis. Sic dicit Col.iij. Mortui enī estis: z vita vestra absondita est cum christo in deo. Et de fructu sic mortui per odiuz anime: subdit. Cum autē christus apparuerit vita vestra: tunc z vos apparebitis cum ipso in gloria.

Siqs mihi ministrat me sequat.

DD Dat exemplū implendi hoc quod dixit in se ipo: Dicit autē Duo. Scz. Exemplū de perditiōe anime in hoc mūdo siue seminatiōis grani. z Exēplū de fructu. De primo ōr [Siquis mihi ministrat] hoc est: nomine: officio: z affectu querit esse meus minister: ille [me sequat] seminādo scz p dendo animā. sicut ego me semino z perdo animā tribulationiby pro salute mundi exponendo.). Corinth. iiij. Sic nos existimet homo vt ministros christi z dispensatores misteriorum dei. Esaie.lxj. Ministri dei nostri: dicet vobis. Prouerbiorum xiij. Acceptus est regi minister intelligēs tram regis: inutilis minister sustinebit. Est autē inutilis qui, pter amorem animalis vite: z Bona domini dissipat. z Fructum quē facere posset: negligit. Luce xvj. Diffamatus est villicus apud dominū suum quasi dissipasset bona sua. Mat.xvj. Siqs post me vult venire abneget semetipum zc. Hinc est q̄ in spe fructus ō b ministerio mortis aie Paulus gloriat. Gal.vl. dicens. De cetero mihi nemo molestus sit: ego enī stigmata dñi iesu in corpore meo porto.

Et vbi ego suz: illic z minister meus erit. Siqs mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus.

Hic tāgit de fructu ip̄ius dupl'r. Scz. In fructu dignitatis. z In fructu bōris. Dic ḡ [Et vbi sum ego] In dignitatis z exaltationis premio: [illic] in fructu beatitudinis z dignitatis [z minister meus erit] Matth.xxiij. Ubicūq; fuerit corpus: illuc congregabunt aquile. Jo.xiij. Accipiā vos ad me ipsum: z vbi ego sum z vos sitis. Jo.xvij. Pater quos dedisti mihi: volovt vbi sum ego z illi sint mecū: z videant claritatem meā [Siquis mihi ministrauerit] vt prius dictum est in anime odio: z sui seminatiōe z mortificatione.). Regū.ij.z.iij. Puer Samuel erat minister in cōspectu domini ante faciē Heli sacerdotis: quia pus erat a deo postulatus. Nume.iiij.z.viij Ministrent in tabernaculo domini pro fratribꝰ suis vt custodiāt que sibi fuerūt cōmendata [honorificabit eum pater meus] Glo. vt ibidez sit adoptatus vbi est vnicus. ō est: in throno regni sedeat: sicut ego passiōe merui thronum regalem. Apocal.iij. Qui vicerit: dabo illi sedere in throno meo. sicut ego vici z sedi in throno cum patre meo. Sap.iij. Bonorum laboꝝ gloriosus est fructus. Luce.xij. Transiens ministrabit illis. Hester.vj. Sic honorabit homo quē rex honorare voluerit: In sedibus enī duodecim sederes cum domino iudicabunt. Sap.x. Honestauit illum in laboribꝰ: z cōplevit labores illius.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicā: Pater saluifica me ex hac hora: Sed propterea veni in hanc horam: Pater clarifica nomen meum.

Tangit hic Per quid fiet ista seminatio. q̄ per passionem turbatiōis que in proximo sibi imminebat. Continuat aūt ad precedens. Quia dixerat ō perditiōe z odio sensualis anie, z ideo hui' turbationez ostēdit in se ipso oībus ministris sequentibus. Dicit autē Quattuor. Anime scz turbatiōnem. Rationis regimē in turbatiōe. Orationē ad patrem. z Turbatōis vtilitatē. Dicit ḡ [Nunc anima mea] sensualis [turbata est] z ideo admodū odientis me habeo ad ipam: z semino granum in lachrymis. Matth.xxvj. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Marci.xiij. Cepit pauere z tedere. Matth.xxvj. Cepit cōtristari z mestus esse. In hoc enī ostēdit in se esse sensualem animā q̄ refugiebat mortis pricula. Ps.vj. Conturbata sunt oīa ossa mea: z anima mea turbata est valde. In hoc ergo similis est nobis effectus [Et quid dicam] Non est verbū angustiari: sed ꝓbum ex ratione eligēris. Et hoc est [quid dicā] Glo. Scio quid agam. Job.xxiij. Non perij, pter imminentes tenebras: nec operuit faciem meam caligo. Acsi dicat: Non recedam a cepto, posito, pter timorē periculoꝝ: sed ex ratione sensualitatē superās: voluntatem meam voluntati diuine conformabo. In b

nobis dans exemplum vt similiter faciamꝰ.ij. Paral'.xx. Cum ignoramꝰ quid agere debeamus: hoc solum habemꝰ residui vt oculos nostros dirigamus ad te. Et hoc est quod ōr [Pater saluifica me ex hac hora] hoc est: salua me: educēs ex hac hora angustie. Quā orationē vt dicūt antiq Prēceptorinus z wilhelmus formabat rō pro sensualitate. Sicut aduocatus alicui⁹: in causa proponeret, p aliquo: qui nesciret aduocare, p se ipo. Mat. xxvj. Pater si fieri pōt transeat a me calix iste. Job v. Saluum faciet egenū de gladio oris eorū: z de manu violenti pauperē. Job.xxij. Saluabit innocens. saluabit autem mundicia manuuz suarum: [Sed, pterea] supple: vt per passionē claricer [veni in hanc horā] passionis Heb.xij. Aspicientes in autorem fidei z cōsummatorē iesum: qui proposito sibi gaudio: sustinuit crucem: cōfusione cōempta: atq; in dextra sedis dei sedet. Et in hoc patet q̄ volūtate passus est: licet sensualitas mortem abhorruerit. Esa.liij. Oblatus est qz ipse voluit Ps.liij. Voluntarie sacrificabo tibi [Pater clarifica nomē tuū] quod clarificat: me a mortuis suscitādo. qz In hoc nomē tuū. id est nota potestatis tue quam pdicaui: apud omēs clarificabit, Dañ.iij. Benedictū nomē tuū qō est sanctuz. Ezech.xxxvj. Non, pter vos ego faciā ait dominꝰ isrl'. notū sit tñ vob: sed, pter nomē meū magnū. Ps. xl. Tu autē domine miserere mei z resuscita me: z retribuam eis.

Venit ergo vox de celo dicēs Et clarificaui: z iterū clarificabo.

Hic inducit Deriuāde ad gētiles scrificatiōis testimoniū. Pars ista diuidit in Duas ptes. In quaꝝ Prima ostendit: p patris testimoniū q̄ ad gētes deriuāda est sanguis sanctificatio: p trāsitū a iudeis ad gētes. In Scā hoc figuratiue describit in facto. Ibi: Hec locutꝰ est eis iesus. Prima harū habz Tres ptes. Quaꝝ Prima ōr Celestis vocis testificationē. Scā De voce ortā discrepationē. Tertia aūt Intētionis vocis explanationē.

Dicit igit [Venit ergo vox] patris [de celo] summo in aere sonās [dicēs] Sicut ei sonuit in baptismo p sacramēti regeneratiōis sanctificationem. Mat.iij.z Lu.iij. Mar.j. Et sicut sonuit in monte transfigurationis p gl'ie ostensionē. Mat. xvij.z Lu.ix. Hic āt testimoniū phibet ad sanguinis sanctificationē. Et hoc est [Et clarificaui] in baptismo z tranfiguratiōe [z iterꝝ clarificabo] Ps.xvij. Intonuit de celo dñs: z altissimus dedit vocē suā. Exo.xix. Ceperunt aūt audiri tonitrua z micare fulgura. Clarificabit aūt eos vitatis participatio. Judi.v. Qui diligit te: sicut sol in ortu suo splendet: ita rutilat. Jo.xiij. Nunc clarificatus est filius hois: z deus clarificatus est in eo.

Turba aūt que stabat z audierat dicebat: tonitruū factum esse Alij aūt dicebāt Angel⁹ ei locutus est.

Hic ponit de voce audita disceptationē. Habz aūt Duas ptes. Quaꝝ Una q̄ intelligere non potuit: sed tñ sonū audiuit: dicebat: tonitruū factuz esse. Et ꝺ ē quod ōr [Turba autem q̄ stabat] coram dño [z audierat] sonū sine syllabarū distinctiōe [dicebat tonitruū factū esse] Tamē hoc dicebāt factū esse, pter dñm.). Reg.ij. Dominū formidabūt aduersarij eius: sup ipsos in celis tonabit. Item Ibidez.vij. Intonuit dñs fragore magno sup eos. Apoc.viij. Facta sunt tonitrua et voces [Alij aūt dicebant] Qui voces articulatas intellexerūt. z illi plus q̄z alij ad intellectum celestiū dispositi sunt [Angelus ei locutus est] Angeli eiñ semp ad ministeriū se exhibuerūt chō. z loquebant precipue in agonia passionis pro eo. Luc.xxij. Angelus apparuit cōfortans eū. Mat. xxvj. Non putas q̄ possum rogare patrē meum: z exhibebit mihi plus q̄z duodecim legiones angelorum.

Respondit iesus et dixit Nō propter me vox hec venit: sed propt vos. Nunc iudiciū est mūdi: Nūc pnceps hui⁹ mūdi eiciet foras

Hic tangit Explanatio intētionis vocis. Et habet Duas ptes. Ponit aūt Explanationē: z ō duplicatione. Et De explanatiōe subortā soluit dubitationē. In Prima ōr Quattuor. In quoꝝ Primo ōr Vocantis de celo intentionē. Scdo ostēdit Intentōis illius p effectū significationē. In Tertio innuit Per quid ad effectū perducit intentōez. In Quarto cuāgelista oīm illoꝝ explanationem dicit. De primo ōr [Non, pter me] qui testimonio nō indigeo [venit hec vox] de celo testificans [sed propter vos] qui indigetis testimonio: vt sciatis q̄ nō sunt fabule que dico: sed vitas ij. Pe.j. Non indoctas fabulas secuti annunciamus vob dñm nostri iesu chīi virtutē: sed speculatores facti illius magnitudinis: voce ad euz lapsa de celo a magnifica gloria. Tu es filius meus dilectus [Nunc iudicium est] Ostendit In quo, pter eos facta est vox ista: quia, p vobis. [Nunc] isto tēpore passiōis [iudiciū est mundi] Non cōdemnatiōis: sed discretiōis. Qz discernebat inter potestatē tenebrarū: z potestatē lucis: Et p mundo: liberādo a potestate tenebraꝝ: iudicabit. Jo.xiij. Venit pnceps mūdi huiꝰ: z in me non habet quicq̄. Ps.xxxiij. Judica dñe nocentes me: z impugna impugnātes me: apprehēde arma z scutū zc. [Nunc] hoc tpe passionis [princeps huius mūdi] hoc est diabolus: q̄ iste mūdo (qui in mūdanis hominibꝰ ꝓsistit) principatur [eiciet foras] Ezech.xxix. Extrahā te de medio fluminū tuoꝝ. Hoc ōr de diabolo quē christꝰ extraxit vtute sue passiōis de cordibꝰ fluidorū inconstantiū z mortaliū hominū. Job.xl. Nunquid extrahere poteris leuiathan hamo: aut armilla p/forabis maxillā eius: Hamo enī deitatis (quem glutire voluit in passiōe diabolus: dum manū extendit in euz in quo nihil iuris habuit) extraxit de possessione eoꝝ quos ante habuit. z armilla ozinamenti dextere dei pīs (que ipse est: quoddaz ozinamentū est eius passionis) perforauit maxillā dia/

bolice potestatis. z inde traxit ex fauciby ei⁹ quos ante quieto iure possedit. Job.xxvj. Obstetricante manu eius: eductus est coluber tortuosus. Lu.xj. Dum fortis armatus custodit atriū suū: in pace sunt oīa que possidet. Si aūt fortior illo supue nerit: alligabit fortem; z intrabit domum fortis. z oīa vasa eius diripiet in quiby confidebat.

Et ego si exaltatus fuero a terra: oīa trahā ad me ipm. Hoc autē dixit significās qua morte esset moriturus.

Tangit moduz per quē adimplebitur dicens. N.N [Et ego si exaltatus fuero a terra] in cruce: vt modus mortis significet exaltationē redēptionis. Jo.iij. Sicut exaltauit Moyses serpētem in deserto: ita exaltari oportet filiū hois: vt omnis q̄ credit in ipso nō pereat sed habeat vitam eternam. Esa.liij. Seruus meus exaltabit z eleuabit: z sublimis erit valde. Nunq̄z eīm adeo sublimis apparuit vultus eius: sicut q̄n in cruce exaltatus fuit: q̄n celum z terra z totus mund⁹ clamauerunt virtutē eius crimiā. Ps.xx. Exaltare in v̄tute tua: cantabimus z psallem⁹ virtutes tuas. Esa.vij. Dixi cōscendam in palmā: z apprehendam fructus eius: [Oīa trahā ad meipsum] per fidei deuotionem quā excitabo in cordiby gentiliū: per v̄bi p̄dicationē: z per signoz virtutē. Dicit aūt [oīa] q. etiam gēriles qui ante non trahebant ad se traxit. Rho.iij. Unus deus ē qui iustificat circūcisionē ex fide: z prepuciū per fidē. Lanc.j. Trahe me post te: currem⁹ in odore vngentoz tuoz. Ose.xj. In funiculis adam trahā eos in vinculis charitatis. Jo.vj. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit illum. [hoc aūt dicebat] Interpretatur euāgelista oīum que dicebat intentionē [signās qua morte esset moriturus] q. morte exaltationis per crucē. vt morte significaret: qualiter p̄ter humilitatē crucis: esset exaltādus vt exaltaret suos. Phil.ij. Propter qō z deus exaltauit illuz.

Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege: q. christus manet in eternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiuz hominis? Et q̄s est iste filius hominis?

D D Hic ponit̄ suborta dubitatio. Disceptatio cū sua explanatiōe. Habet aūt Duas ptes. Scz. De suborta dubitatiōe: z Eiusdē solutiōe. In suborta dubitatiōe ōt Duo. Legis in contrariū allegationem. z De quo intelligat̄ qō dixit: inquisitionem.

Dicit ḡ [Nos audiuim⁹ ex lege cc.] Lex ei hic: nō decalogus. Nec q̄nq̄ libri Moysi vocantur. Sed totū vetus testamentū: in quo libri prophetarum p̄tinent. Esa.ix. Sup soliū dauid z super regnū eius sedebit: vt cōfirmet illud z corroboret in iudicio z iustitia: amodo z vsq; in sempiternū. Dan.vij. Potestas eius potestas eterna q̄ nō auferet: z regnū eius qō nō corrumpet. Et hec dicta sunt de diuinitate christi q̄ finē nō habet. Luc. primo. Dabit illi dom⁹ sedē dauid patris eius. [Quo tu dicis] hoc est dicēdo intelligis [oportet exaltari filiū hois] Jn quo nos nisi vnaz intelligim⁹ naturā. z ideo nescim⁹: quo maneat in eternū. z quo sit in cruce exaltatus moriturus? Exaltatio in cruce facit victoriā super mundi p̄ncipē. sicut dr̄ Exod.xvij. Cū leuaret moyses manū suaz: vincebat israel. Si nam paululū remisisset: superabat amalech. Esa.lxv. Expandi man⁹ meas tota die ad pl'm incredulū. [Quis est iste filius hois?] hoc est: Cuius nature est: q̄ z exaltari potest mortis z manere in eternū? Non eīm s̄m vnam naturā hec cōpetunt ei: Tamē hoc signatū ē Genes.xj. Ubi Jacob adorabat fastigiū virge ioseph: signās futurū esse aliquādo pendere deū: ab oīb⁹ adorandū in virge fastigio. hoc est: in cruce cacumine. Abach.iij. Cornua in manib⁹ eius. Hypallage: hoc est Manus eius i cornib⁹ cruc⁹. Ibi: Abscondita est fortitudo eius. ante faciē eius ibit mors: fugata passione crucis.

Dixit ergo ihesus: Adhuc modicū lumē i vobis ē. ābulate dū lucē habetis: vt tenebre vos nō cōprehēdant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dū lucē habetis credite in lucez: vt filij lucis sitis.

Solutio est dubitatiōis. Dicit aūt Tria. Scz. Ad modicū lucis cōprehensionē. Ad perfectū cōprehensionis inuitationē. z Inuitatōis rationez.

P P Dicit ḡ eis [Adhuc modicū] Hoc. dicit. hoc est: ad modicū tp̄us [lumē] s̄ est: ego q̄ sum lumē [in vobis est] q. post q̄nq̄ dies recedā a vobis. Aug⁹. aūt exponit sic [Adhuc] dū estis incipientes [modicū lumē] s̄ est: imperfectū fidei lumen [in vobis est] q. me nō putatis nisi in vna natura subsistere: cū ego subsistam i duab⁹ naturis. Et hec est modica fides. Apoc.iij. Modicam habes virtutē. Matth.xiij. Modice fidei quare dubitasti? [Ambulate] hoc est: p̄ficite in v̄tute: fide: z sanctitatis illuminatiōe [dū lucē] me. s. p̄sentem [habetis] Uel: in p̄senti vita dum in fide proficere potestis. Prouerb.iiij. Semita iusti q̄si lux splendens z crescens vsq; ad p̄fectū diē. Diuersimode eīm in luce p̄ficit. j. Cor.xv. Alia claritas solis: alia claritas lune: z alia claritas stellarum. Stella aūt a stella differt i claritate. Cantico.vj. Processit quasi aurora cōsurgēs: pulcra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata: [Ut vos tenebre] Jnfidelitatis Uel: mortis: p cor obstinatum [nō cōprehendant] Job.xxix. Lucerna eius splendebat sup caput meū: z ad lumen eius ambulabā in tenebris. Hiere.xiij. Date dño deo vestro gl'am antequā cōtenebrescat: z antequā offendant pedes vri ad montes caliginosos. Ps. liij. Timor z tremor venerūt sup me: z contexerūt me tenebre. Uel: infidelitatis: s̄m Aug. Uel: mortis s̄m Ghryf. Threnoz.iij. Me minauit z adduxit in tenebras z non lucē. [Et qui ambulat] Ecce damnū quod incurrit qui in luce non proficit: q̄a

[qui ambulat] vite huius passibus [in tenebris] ignorātie z cecitatis [nescit quo vadit] quia nescit vbi cadit: faciēdo z non cognoscendo. Job.iij. Viro cuius abscondita est via: z circūdedit eū deus tenebris. Jo.xj. Qui ambulat i nocte: offendit. q̄ lux nō est i eo. Et ideo [Dum lucem habetis] p̄sentē in cōcepta fide [credite] s̄ est credendo. p̄ficite [in lucem] vt tendat̄ in fidei p̄fectam illuminationē. Rho.xiij. Abijciam⁹ opera tenebraz: z induamur arma lucis. sic vt in die honeste ambulem⁹. ij. Pet.j. Cui benefacitis attendentes tanq̄z lucerne lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat z lucifer oriat̄ in cordib⁹ vestris [Ut filij lucis sitis] a patre luminū in formā lucis formati z generati. Eph.v. Eratis aliq̄n tenebre: nūc autem lux in dño: vt filij lucis ambulate. Esa.lx. Surge illuminare hierl'm: q. venit lumen tuū. Esa.ij. Ambulem⁹ in lumine dei nostri.

Hec locutus est eis ihesus: z abijt z abscondit se ab eis.

Nic typo facti: ostendit esse: q̄ docuit. Dicit ergo [Hec] ad illuminationē gentium [locutus D D est ihesus] qui est lux vera illuminās oēm hoiem venientē in hunc mundū [z abijt] recedēdo a iudeis p̄secutoribz suis [z abscondit se ab eis] faciem cognitiōis eius: eis subducendo. Q̄d exercitionem eoz signabat. z transituz fidei a iudeis ad gentes. Deut.xxxij. Abscondā faciē meā ab eis: z cōsiderabo nouissima eoz. Rhom.xj. Cecitas ex parte cōtigit in israel donec plenitudo gentiuz intraret: z sic oīs isral saluus fieret. Esa.lvij. Abscōdi faciem meā ab eis: z indignat⁹ sum. Jo.viij. Jesus autem abscondit se: z exiuit de templo.

Cum autē tanta signa fecisset coram eis nō credebant in eū: vt sermo Esaie impleret quē dixit Dñe quis credidit auditui nr̄o: et brachium dñi cui reuelatum est.

Hic tangit inexcusabilitatē nō credentiū: qui se sanctificationi sanguinis non preparauerūt. Diuiditur autē in Duas partes. In quaz. Pria ostendit Jnfidelitatis eoz excecationē. In Scōa ostendit Eorūdem in iudicio inexcusabilitatē. Jbi: Jesus aūt clamauit z dixit. Adhuc aūt. Prima diuidit in Tres ptes. In quaz. Prima dicit Q̄ cecitas infidelitatis eoz: non curabat per signoz que christus fecit magnitudinē. In Scōa Ostēdit ad hoc. p̄hetie congruitatē. Jbi: Ut sermo Esaie adimpleret. In Tertia. Per culpam ipsoz: ostendit ad credendū eoz impossibilitatē. Jbi: Propterea non poterāt credere. In prima pte ōt sic [Cum] christus [tanta signa] hoc est tāmagna signa: sicut fuit Suscitatio lazari: z alia q̄plura [fecisset] p̄ria v̄tute [coram eis] ita vt essent innegabilia z incōtradicibilia [non] tamē [credebāt in eū] Et hoc prefiguratum fuit Exo.iiij. Ubi dixit Moyses ad eos missus. Nō credēt mihi neq; audient vocem meā: sed dicēt. non apparuit tibi dñs. Actū.vij. Dura cervice z incircumcisis cordibz: vos semp spūi sancto resistitis. Ut sermo. Hoc est S cōm. Ubi ostendit ad hoc p̄hetie congruitas. Deus eīm qui simplici visione z nō visionis caualitate videt: etiā mala que futura sunt ista. p̄hēta futura reuelauit. z sic ea sermo p̄hēticus enunciauit. Et hoc est q̄ dixit [ut sermo] Ut: aliq̄n notat causam finalē. Sicut cū dico Oro vt vitam eternā promerear. Aliq̄n aūt non notat causam finalem: sed tm̄ terminuz: ad quē opus absq; intentione operantis terminat̄. Sicut cum dr̄. Iste vadit in aquā vt submergat̄. Uel: Iste dimittit statum apertuz vt equus pdat̄. q. Sepe perditio equi: sequit̄ ad apertionez stabuli. Et sūmersio ad introitū in aquā: Cum tñ nec intrat̄ in aquam vt submergat̄. Nec stabulū apertū dimittit̄ propter hoc vt equus perdat̄. Ita etiā hic Ut: nō notat causam: sed terminū. q. non p̄pter hoc reuelationē accepit Esaias vt nō crederent. Nec illi. p̄pter hoc non crediderūt vt esaias verū diceret. Sed q. isti ꝑ nō crediderūt: deus preuidit simplici visiōe. Et esaie veritatē reuelauit: z isti non crediderūt. Et vnū sine omni causalitate secutuz est ad aliud. Et hoc est quod dixit Prepositin⁹ in talib⁹ q. Ut: est terminale: Non causale vel consecutiuū. Sic ergo dicit [Ut sermo] q. ꝑ secutū est sermonē Esaie. z sermonis veritas apparuit in isto: Cum tñ sermo: veritatem nō trahat ab isto: sed ab inspiratione diuina q̄ hoc preuidit. Sed q. sermo ꝓpendebat ad futurū: Ideo cū factū est in ope: veritas sermonis ostensa fuit. Et hoc est: vt sermo [Esaie adimpleret] s̄m q. a futuro dependebat s̄m enunciationem facta [quē dixit] Esa.liij. [Dñe q̄s credidit auditui nostro] Hoc est: ei q̄ a te audiuim⁹. Ul': ex parte tua auditū p̄ho nunciam⁹. Hoc eīm filius tuus dixit sermonib⁹ nostris probatum. Abdie.j. Auditū audiuim⁹ a dño: z legatus ad gētes missus est. Hiere.vij. Misi ad eos oīes seruos meos p̄hetas per diem: cōsurgēs diluculo: z mittēs: z non audierūt me. neq; inclinauerūt aurē suā] [z brachiū domini] hoc est christ⁹ brachiū fortitudinis dei in p̄digijs z signis ostēsum [cui] hoc ē: ꝑ paucis [revelatū est] Jer iudeis. Ezec.iij. Domus israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Oīs quippe domus israel attrita fronte est: z duro corde. De Brachio dicit in Ps.xcvij. Salvauit sibi dextera eius: z brachium sanctum eius. z Psal.cxvij. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me.

Propterea nō poterant credere: q. iterum dixit Esaias Excecauit oculos eoz: z indurauit cor eoz: vt nō videāt oculis: z non intelligant corde z conuertant: z sanem eos. Hec dixit Esaias quando vidit gloriā eius: z locutus est de eo Veruntā multi ex principib⁹ crediderunt in eū: sed propter phari-

seos non confitebant: vt de synagoga nō eijcerent. Dilexerūt enī gloriam hominuz magis q̄ gloriam dei.

Hic incipit Secundū. Et dr Tria. In quoruz Primo tangit Impotentiā coz ad credendū. In Scō Autoritatē laudat quā inducit ad b̄ prosandū. Tertio Z generalitate nō credentiū: quosdā excipit q̄ in occulto crediderūt in chīm. Dicit ḡ Propterea nō poterāt credere in chīm

Sed obijcit Quia si nō poterāt credere: non est eis imputandū. Et hoc nō est verū. Ad b̄ dicendū Q est Nō posse ex naturali impotētia: vel Exceptionis violentia. Et b̄ Nō posse: excusat a toto. Et hanc impotentiā isti nō habuerūt. Est alia Impotentia: que est Ex cōtrarij habitus dispositōe. Sicut ille q̄ cōtrarijs pncipijs alicuius scientie imbutus est: non pōt credere veritatem scientie illius. Et hec impotētia: est magis q̄z simplex ignorantia vt superabilis. Et imputat Dupl'. Scz. Q nō pōt. Z Q non credit. Et hanc isti habuerūt. qz ita erāt imbuti errorib carnalis sensus i lege: Z traditionū suaz: q̄ pncipia vitatis erāt eis incredibilia. Z ideo vitatē recipe nō potuerūt. qz iterū Esaias dixerat

Nec impotētia credēdi vitatē causabat dicti Esaie. Nec ecōuerso: sicut supdictū est. Unū in ope secutū ē ad alīs

Excecauit oculos eorum

b̄ est: excecari gmisit. Dr enī non excecat ejiciēdo aliqd ab oculis: Sz lumē nō imittendo. Vel qn nō est q̄ velit recipe. Vel qn est q̄ obicē ponit lumini. Job. xxiiij. Ipsi vo fuerūt rebelles lumini: z nesciēt semitas ei

et indurauit cor eoz

eo q̄ obicē ponentib auditū suū nō imisit. Sapi. ij. Excecauit illos malicia eoz. Hiere. vij. Hec est gens q̄ nō audiuit vocē dñi: nec recepit disciplinā

Z indurauit cor eoz

Ecci. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. Exo. vij. Ego indurabo cor ei: Z cor seruoz ei: vt nō dimittat populū. Rho. ix. Cui vult miserē: Z quē vult indurat. Nullū aūt indurare vult nisi q̄a obicē ponit errorī vel male volūtatī. Et b̄ est

ne videāt oculi

cordis vitatē: q̄s clausit error male dispositōis. Prouer. xxx. Oculū q̄ subsannat pēz. Z q̄ despicit partū matrī sue: effodiāt illū corui de torrentib: Z comedāt illū filij aq̄le. Sic Judei subsannauerūt patrē deū. Z despexerunt filios mīs ecclie fideles. Et ideo nigri demones corui suffoderūt eis oculos cordis. Z filij aq̄le: scz Rhomani. quoz signuz est aq̄la: comederūt eos

Z intelligāt corde

qz cor debuerūt videre pncipia: Z ex illis intelligere dicta chīi vitatē. Dis em vitas enūciata: suis cognoscit pncipijs: sic dixim Rho. j. Obscuratuz ē insipiēs cor eoz. dicētes em se ee sapientes: stulti facti sūt. Ecci. xxvij. Obcecauit vultū suū tāq̄z vulpis: Z q̄si saccū oñdit in medio primoz. Eph. iiij. Tenebris obscuratū habētes intellectū: alienati sūt a vita dei: p ignorātiaz q̄ ē in illis

vt cōuertāt

cōpuncti corde de errore suo. Hiere. v. Renuerūt accipe disciplinā. induraueūt facies suas supā petrā: Z noluerunt reuerti. Hiere. viij. Nunqd q̄ cadit nō resurgit: Aut qui auersus est nō reuertet: Quare ḡ auersus est pl's me auersione ptentiosa: cōpr ehēderūt mēdaciū Z noluerūt reuerti

Z sanem eos

in intellectu Z affectu p veritatē Z virtutē. Hiere. x. Ue mihi sup peritōe mea pessima plaga mea. Ego āt dixi. Infirmitas mea hec est: Z portabo eā. Hier. xxx. Insanabil' ē fractura mea pessima plaga mea

Hec dixit Esaias

Comendatio ē inducte de Esaia autoritat. Non em quocūq̄z tpe dixit vba isti autoritat. sed Esa. vj. Qn vidit dñm sedentē sup soliū excelsū Z eleuatū. In q̄ notat excecatiōis isti iudiciū. Dicit aut Ibidē in eadē visione q tēplū est implet fumo. Z cōmota sūt superliminaria tēpli a voce clamātis. In q̄ significat tēpli Z sacerdotij Z sacrificioz iudeoz abiectio. Querit āt hic, pba dicēs. Usq̄ quo dñe Z rūdet dñs: Donec relinquat terra absq̄z habitatore: Z dom sine hoīe. In quo p pcēo q̄ cōmisert dñm notat Rhomanoz captiuitas. In eadem etiā visiōe Clamabāt seraphin stantia sup solium. Scūs. scūs. scūs. dñs de sabaoth: plena ē omis terra gl'ia tua. In q̄ notat de vniuersa terra gētiū vocatio ad fidez domini. Et hāc reuelatōez recepit Esaias cū visiōe gl'e dñi. Z ido magis ē autentica q̄z alia. Et hoc est q̄ dixit. Hec dixit Esaias

qñ vidit gloriam eius

b̄ est: apparentē dñm in gl'ia iudicij: omia ista decernentē

Z qñ locutus est de eo

Esaias vel dñs. Hoc est: qñ locut est ad Ilam de b̄ facto excecatōis: Z obstinatōis Judeorum

Veruntamē ex principib multi crediderūt in eū

sicut Nicoden. Hamalicl. Joseph ab arimathia: Z alij q̄plures. sicut dr Jo. iij. Z Jo. vij. Et Mat. xxvij. de Joseph ab arimathia

Sed pter pharisēos nō confitebant

Dicit expresse pharisēos Z nō pontifices. qz pharisei pr zelū sue religiōis chīo magis fuerūt infesti. Nō confitebātur

vt de synagoga

ioan q̄z excōicati

nō eijcerent

Jo. ix. Jam em cōspirauerāt Judei: vt siqs pfiteret eum esse chīm: extra synagogā fieret. Hoc tamē fuit timoz hūani: q̄ abijciend fuerat. Marc. viij. Qui me cōfessus fuerit Z vba mea: in generatōe ista adultera Z peccatrice: Z filius hois cōfitebit eū cū venerit in gl'a pris sui corā angelis suis. Lu. xij. Dis q̄cunq̄z me pfessus fuerit coram hoib: pfiteboz Z ego eū corā pre meo Z. Qui aūt me negauerit co. ho. Z. Umōi āt impfectōis subintert cām dicēs

Dilexerūt enī gloriam hominū

in dignitatib Z honoribz Z laudibus humanis. Jo. v. Quō potestis credere q̄ gl'am ab invicē accipitis: Z gl'am q̄ a solo deo est non vultis: Bal. j. Si adhuc hoib placerē: christi seruus nō essem. Ps. lij. Cōfusi sunt qui deus spreuit illos

magis q̄z gloriam dei

Soli em dō debetur gl'a. j. Timo. j. Soli em deo honor Z gl'a. Esa. xlij. Gloriā meā alteri nō dabo. Jte dixit paul. Bal. vj. Mihi absit gl'iari nisi i cruce dñi nr'i Iesu chri.

Jesus aūt clamauit Z dixit. Qui credit in me: nō credit in me sed in eū qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me.

Hic ostēdit Non credentiū chīo inexcusabilitatem. Et ista ps hz Duas ptes. In q̄z Prima Autoritatē sui pfirmatz pformat sermonis. In Scā aūt oñdit Q ille sermo ineuitabilit puincit nō credētes de iudicio pdemnatōis. Ibi: Et siqs audierit vba mea Z nō custodierit ea Z. Adhuc āt in Prima hax dr Tria. In q̄z Primo Fidei ipsum pfirmat autoritas. In Scō Fidei certitudo. In Tertio aūt Fidei vitas Dicit ḡ

Jesus aūt clamauit Z dixit

Intensionem deuotiōis notat vis clamoz. Psal. lxviij. Laborauī clamās rauce sunt facte fauces mee

Qui credit in me

tendēs p fidez in me

nō credit in me

priuatū: Z a patre separatū. qz pr in me manēs: facit opa: ex quib credit

sed in eū qui me misit

scz patrē. qz ab illo habeo vtutem Z sabam operū ppter que credit. Et sic sua prima est autoritas: ppter quā credit. Joā. xiiij. Creditis in deū: Z in me credite. Sic em fidelis reducit fideles ad patrē. Et qz vnus est in alio: pat in filio: sicut lux in splēdore. Jdo dicit Joā. iij. Qui incredul est filio: nō videbit vitā. sed ira dei manet sup eū. Et b̄ ideo est. qz ille etiā incredulus est pr: qui in vtute sapie filij demonstrat.

xx Et q̄ videt me: videt eū qui misit me

Ui sio aūt hec rōnis est reflere ad visum corporeū: q̄ miracula Z opa eius videbant. qz Operib visis: cognoscebat virtus a q̄ opa pcesserūt. Virtute āt cognita: cognoscebat deitas cui erat virtus: sicut p digiti demōstratione. Et b̄ est qd dicit Jo. xiiij. Qui videt me: videt Z patrē meū. Nō credis quia ego in pre Z pat in me est. Demōstratio em pris est filius. Et ideo Lu. xj. dr digitus dei. Si in digito dei demonia ejicio: pfecto puenit in vos regnū dei. Hoc est in demōstratiōe deitatis pris. Sz forte Judei dicūt Q demonstrata tanta deitat lucē videre nō poterāt. Sed ad b̄ rūdet b̄tus Aug. Si quis alij digito solē demonstrauerit: Z ille solē nō viderit: culpet potius oculi sui lipiditatē q̄z digiti demonstrationem.

Ego lux in munduz veni: vt oīs q̄ credit i me i tenebris nō maneat.

yy Ostendit hic dictoz suoz fidei vitatē. Et quia lumiosa sunt dicta: miraculis tāq̄z luce plene manifestatiōis demonstrata. Et ideo dr

Ego

sum

lux

illuminās ad fidei veritatē oēm hoiez venientē in hūc mundū

in mundū veni

Est āt lux Manifestatiua vitat: Dissolutiua algoris. Lau satiua vite spūalis. Adductiua refloritiōis. Dep mo hoz dr Jo. j. Illuminat oēm homi. ve. in hūc mundū. De scō Job. xxxviij. Indica mihi p quā viā spargit lux: diuidit estus sup terraz. De tertio Eph. v. Exurge a mortuis Z illuminabit te chīs. hoc est: ad vite lumen prebet vite qō viuificabit ad vitā eternā. Et hoc qō dr Blo. De alio nō dr: Lux venit in munduz: nisi de eo qui illuminat oēm hominē venientē in hūc mundū

vt omis q̄ credit in me

lucē: que venit in mundū

in tenebris

dubitat Z ignorātie Z infidelitatis

nō manet

Joan. viij. Ego sum lux mundi: qui sequitur me nō ambu. in tene. Jte Primo Lux in tenebris lucet: Z tenebre eam non cōprehenderūt.

Et siqs audierit verba mea Z non custodierit: ego nō iudico eū Non em veni vt iudicē mundū: sz vt salnificē munduz. Qui spernit me Z non accipit verba mea: habet q̄ iudicet euz. Sermo quē locut sum: ille iudicabit eū in nouissimo die. Quia ego ex me ipso nō sum locutus: sed q̄ misit me pater: ipe mihi mandatū dedit: qd dicā: Z quid loquar. Et scio: qz mandatū ei vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit mihi pater: sic loquor.

zz Hic tangit Qualit offendēs ipm: q̄ tante ē autoritatis Z vitatis: in iudicio est inexcusabilis. Et habz Duas ptes. In Pria oñdit Q ipe talem in iudicio non iudicabit. Sed ne putet peraīre iudicium: ostēdit qs iudicabit eū ibi: Qui spernit me. In primo Duo dr. Scz. Q nō iudicat. Z Propē qō non iudicat eū. Dicit ḡ

Et siqs audierit verba mea

probata per scripturas Z miracula

Z nō custodierit ea

per fidei deuotionē Z testimoniū operū. Jaco. j. Estote factores vbi Z non auditores tm Z. Psal. cx. Intellectus bon oīm̄ibus facientib eū

ego nō iudico eū

iudicio cōdemnatiōis nunc. Jo. iij. Non misit deus filiū suum in mundū vt iudicet mundū: sed vt saluet mūdus p ipm. In futuro aūt iudicabit eū. qz de illo iudicio dr Joan. v. Pater nō iudicat quēq̄: sed oē iu. Z. Et b̄ est qō sequit

Nō em veni

in b̄ aduentu

vt iudicē mundū sed vt

in isto aduentu per gr'am redēptiōis

saluificē mundū

ido dr. j. Cor. iiij. Nolite ante tpus iudicare q̄sq̄z veniat dñs Z illuminabit abscōdita tenebraz: Z manifestabit cōsilia cordiū. j. Timo. ij. Qui vult oēs hoies saluos fieri: Z ad agnitionez sui nois venire.

Qui spernit me

in me vel in meis. Hebre. x. Irritā quis faciens legē moysi: absq̄z vlla misera- zz tione duob aut trib testibus morit. Quāto magis putas eū deteriora supplicia demereri: q̄ filiuz dei pculcauerit: Z sanguinē testamti polluti duxerit: Z spūi gratie cōtumeliam fecerit. j. Reg. ij. Qui contēnunt me erūt ignobiles

Z nō accipit verba mea

Ostendit in quo spernit: qz vba sua nō accipiūt. Act. vij. Cōtinuerūt aures suas. Hiere. vij. Noluerūt audire. Heb. xij. Ercusauerūt se ne eis fieret vbū. Quidā ḡ continent aures: p nō audiendi voluntatē. Sicut pbant tres inducte autoritates. Quidā aūt b̄nt ad sermonē displiscentiā: propterea qz vicio Frio b̄nt infectā animalitatem. Ecci. xxj. Audiuit luxuriosus Z displicebit ei: Z pijcier post tergū suū. Quidā aūt nō curant: qz reputant simpler. iij. Reg. xiiij. Me piecisti post tergū tuū: Quidā aūt ptemnūt ppter superbiā Z fastum seculi. j. Reg. xv. Proiecisti sermonē dñi: pjciet te deus ne sis rex in isrl. Dic ḡ talis

habet q̄ iudi

cet eum] Non quidē vt iudex sniaz dictādo: sed sicut aduersarij accusationez cōtra eū ꝓponendo z probando [Sermo eīm quē locut⁹ sum] in q̄ oīnib⁹ doctrinā fidei z vite ostendi [ille iudicabit eū] Nō nūc in ꝑmo aduēu: sed [in nouissimo die] Vel: vite sue: qn̄ iudiciū fiet de aīa. Vel: in nouissimo die] mūdi qn̄ iudiciū fiet ō mūdo. Dañ.vij. Libri aperti sunt. Apoc.xx. Judicati sunt mortui: pusilli z magni ex his q̄ scripta erant in libro. Zach.v. Ecce volumē volans z oīs fur sicut ibi scriptū est iudicabit. Vnd⁹ aūt oñdit causam cum ōr [qz ego ex me ipso] priuatus a pie
22 [nō locut⁹ sum] Jo.vij. Mea doctrina non est mea: sed eius q̄ misit me pat⁹. Ideo Mat.x. z de alijs qui suā ꝓnūt doctrinā ōr. Nō vos estis q̄ loq̄mini: sed spūs patris vr̄i q̄ loquit̄ in vob [sed qui misit me pater] Jo.xiij. Pr̄ in me manēs ipse facit opa. Lu.xij. z Mar.xiij. Spūssanct⁹ est q̄ loquit̄ in vob [Ipse mihi mandatū dedit: quid dicā] in me ipso: in corde sermonē formando [et q̄d loquar] ad alios: sermonē ꝓponendo. Psal.lxxxiij. Audiam q̄d loquat̄ in me dñs de⁹. [Et scio] p̄ natā a patre scientiā: qz ego ipse sum genitus a sapia īgenita. Unde p̄ indiuisam ab eo scientiā scio [qz mandatū ei⁹] qō mihi venienti in mundu imūnit [est vita eterna] ℬ est: causa vite eterne in redēptis. Ezēch.xx. Dedi eis mandata mea: q̄ faciēs hō viuet in eis. Unde Ezech.xviij. de seruāte mādata dr̄. Vita viuet z nō morīet. Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Psal. xxxiij. Quis est hō qui vult vitā: diligit dies videre bonos [Que ergo ego loquor] Cōclusio est ex oīnib⁹ predict⁹ [que ḡ loquor] docēs in mūdo [sicut dixit mihi pater] q̄ sum ℞bū eius [sic loquor] Heb.j. Nouissime diebꝫ his locutus est nobis in filio.

Capitulum.xiii.

Nte diem festuz

a pasce: sciens iesus qz venit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexisset suos qui erāt in mundo: in fine dilexit eos

Hic incipit ps de ꝑparatōe ad Sācrificatōez passionis z sanguis dñi: ex institutōe Sacramētorū. Et qz Sacramēta hec cōmittunt discipulis: Ideo hic instruit discipulos ad hmōi ꝑparatōez. Cum in ꝑcedēti capl'o instruxerit cōiter: z discipulos z alios: tā gētiles q̄z iudeos. Diuidit aūt istō capl'm penes ea q̄ facta sunt in cena qñ christ⁹ dedit corpus suū. Et hec sunt duo memorāda facta. Scz. Humilitatis: in lotiōe pedū. z Charitat⁹: in exhibitōe corpis sui z sanguinis. Primo ḡ agit ō Instructōe humilitat⁹. Scōo de Instructōe charitatis. Jbi: Hec cū dixisset turbatus est spū. Pri

ma harū partiū diuidit in Tria. In q̄rū Primo ponit Cōuenientiā tēporis per quā venit ad hanc doctrinā. In Secūdo ponit Factū ex quo formatur doctrina. Jbi: Et cena facta tē. In Tertio aūt Formatur ex facto doctrinā: ad humilitatē inclinantem. Jbi: Post hēc ḡ lauit pedes eoz. In primo Quatuor ōr. In q̄z Primo tāgit Tēpus ex festo: huic doctrine cōgruū. In Scōo ponit Jd qō est in ipo festo significatū. In Tertio tāgit Qō est isti⁹ doctrine ꝓpriū motiuū z causatiuū. In Quarto oñdit Qz in hac doctrina: est ois dilectiōis sue cōplementū. Dicit ḡ [Ante diem festū pasce] B
hoc est: ante diē azymoz. cui⁹ vespera erat q̄rtadecima luna ad vesperū. ℞ est ante diem cene: qñ agn⁹ immolabat̄ ad vesperū. Sicut ꝑcipit Exo.xij. In hoc eīm pasca: doctrinā pfectōis erat expedies exhibere discipulis z apostolis. Ante totū ḡ diem festi z ante oīa que fuerunt facta in festo [sciens iesus] z p̄sciens sicut deus. Eccl.xxiij. Dño deo nr̄o antecēz facta sint: nota sunt oīa. z sic post pfectuz cognoscit oīa. Jo.xviij. Sciēs oīa q̄ ventura erāt sup eū [qz venit hora eius] Non electiōis stellarū vel fati: sed Impletiōis sacramentoz: qñ oīa que dicta z pfinita sunt de eo: adimplera sunt. Jo. vij. Tēpus meū nondū aduenit. tēpus aūt vestrū semp est paratū. ij. Lor.vj. Ecce nunc tēpus accepte: ecce nūc dies salutis. Nec enim fuit hora christi ḡtum ad operationē salut⁹. z fuit hora aduersarioz ḡtum ad implctionē sue malicie z malevolūtatis. Luce.xxij. Hec est hora vestra z pātenebraz [vt trāseat ex hoc mūdo ad patrē] Hoc est eīm factū: in festo signatū. Exo.xij. Est eīm phase. id est: transitus dñi. Sic eīm trānsiuit antiq̄tus per egyptū: suos liberās z ptegens. z Introiuit ad patrē: offerens sanguinē suū sicut agni immolati ꝓ nob. Heb.ix. Nō i manufacta sancta introīt exempla futuroz: sed in ipm celū vt appareat nunc vultui dei pro nob. Moz aūt dñi dr̄ transitus quasi ꝓria ptāte trāsiens. nusq̄z a mortis vinculis vl' inferni claustris detētus fuit. Sed oīa talia: per mortē z infernū transiēs advitā: ꝓfregit. Ps.cvj. Contriuit portas ereas: z vectes ferreos cōfregit: suscepit eos de via iniquitatis sue [cum dilexisset suos] in omnib⁹: z in opere z in tēpore. Prouer.xvij. Omni tēpore diligit q̄ amicus est. Osee.xiij. Diligā eos spontanee: quoniā auersus est furor meus ab eis. Suos aūt ōr qui nullū aliū dilexerunt ꝑter eum qui nullū aliū dilectorem habuerūt nisi eū: z q̄ nihil quesierūt ꝑter dilectionē eius. Solū eīm diligit deū: q̄ nihil ꝫ cū diligit. Psal.xvij. Diligā te dñe fortitudo mea: Ipse erā dilector eoz fuit. Deut.xxxij. Dilexit pop̄los: Oēs scti in manu ei⁹ sunt. Vi nihil q̄rūt nisi dilectionē. Unde Aug. Diligo te dñe: z re.a.tu. Laū.viij Si dederit hō oēm substā dom⁹ sue ad mercandā dilectiōez: q̄si nihil despiciet eā. Sic ḡ cū dilexisset suos [qui erāt in mūdo] q̄uis nō essent ō mūdo. z ideo dilectiōe dei indigebāt. Jo.xvij. De mūdo nō sunt: sicut ego nō sum de mūdo. Jn mūdo ē eīm esse: ꝫ cupiscētijs mūdanoz inuolui. Joan.xv. Si de mūdo fuissetis: mund⁹ qō suū erat diligeret. Nūc aūt qz de mūdo nō estis; ꝓterea odit vos

mundus. Et ideo chr̄i dilectiōe indigebāt [in finē dilexit eos] Jn finē pseuerāter in dilectiōe: vt ōr Lhzy. Jn finē ꝫsummatiōis in dilectiōe. z Jn finē opis in dilectiōe. z Jn finē perfectōis in dilectione. z Jn finē doni dati ex dilectiōe. De fine pseuerantie est q̄ vsq̄ ad mortē nō interrupit dilectōez. z moz⁹ dilectionē nō terminauit: sed in eternū dilectionē cōtinuauit. Lanē.viij. Fortis vt mors dilectio. dura sicut infern⁹ emulatio. Lāpades eius lāpades ignis atq̄z flammaz aque mlte. Hoc est inundatiōes passionū non potuerunt extinguere charitatē dei. Jn finē aūt ꝫsummatiōis in dilectione dilexit: qz ad summū charitatis dilexit. Psal. cxviij. Oīnis ꝫsummatiōis vidi finē latū mandatum tuū nimis. Oīnis eīm cōsummatio factoz fi nita est. spūs aūt charitat⁹ chr̄i: nimis est latus: qz finē nō habet. Jo.iij. Non eīm dat deus ad mensuram spīm. Jn finē aūt opis in dilectione facti dilexit: qz opus maius esse nō potuit. z Jn finē perfectōis fuit: q̄ Pro amicis ad salut⁹ effectū. z Pro oīnib⁹ ad salutis sufficientiā mortu⁹ fuerit. De ꝑmo dr̄ Joan.xv. Maiorē hac dilectionē nemo hz vt aiam suā ponat q̄s ꝑ amicis suis. De Scōo dr̄ Rho.v. Cōmendat aūt deus suā charitatē in nobis: qm̄ cū adhuc inimici dei essem⁹: deus ꝑ nob mortu⁹ est. De fine aūt doni dati ex dilectiōe est: q̄ dedit sui corpor⁹ z sanguinis Sacramentū. Lanticoz.v. Comedite amici z bibite z inebriami charissimi. Sic ḡ in finē dilexit suos. Unī Gregorius O ineffabilis circa nos tue charitat⁹ dilectio vt seruum redimeres filiū tradidisti. Rho.viij. Etiā ꝑ ꝓprio filio suo nō pepercit de⁹: sed pro nobis omnibus tradidit illum

Et cena facta cū diabolus iam misisset in cor vt traderet eū Judas simonis scariothis. Sciens quia oīa dedit ei pater in manus. Et quia a deo exiuit z ad deum vadit.

£ Hic iam incipit pars Scōa. Ponit aūt hic factum er q̄ format doctrinā. Habet aūt Duas partes. Jn quaz Prima ōr Ad factū humilitat⁹ chr̄isti ꝓparationē. Jn Secūda autē Jn facto chr̄isti describit humilitatez. Jbi: Surgit a cena. Adhuc Jn ꝑparatione sunt Quattuor. Lene.s. typice perfectio. Jude ad tradendū dominū a diabolo ꝑfecta tentatio. Omnū a deo patre christi traditio. Filij ad patrē per opus redēptionis reditio. Dicit ergo [Et cena facta] Non quidem corpis z sanguinis dñi: sed veteris testamēti cena: que fuit in oblatione z comestione agni typici. Causa autē fuit q̄ prius agnus cum discipulis comedit añq̄z lauaret eos. quia agnus ille cū non esset nisi figuralis: non exigebat lotionē. Corpus autem dominicum nō datur: nisi prius lotis lotura expiationis. Esa.lij. Mundamini qui fertis vasa domini: quoniā nō in tumultu exibitis zc. Esaie.j. Lauamini mundi estote: auferte malum cogitationum

num vestrarum ab oculis meis. Hac ergo cena agni typici pacta z facta. quia Cena: est vltima comestio post quam nō est alia: statim inchoauit nouam legem. Leuit.xxv. Vsq̄ ad nouā comedes vetera. nouis vero superuenientibꝫ proijcies vetera. [cum diabolus] Secūdus est In quo notatur perfectio traditionis per completam malicia esse apud proditorē. Et hoc est quod dicit: Cum diabolus: autor omnis peruersitatis [iam] in cena: Quia etiam beneficium exhibitionis cene: z concertationis cum christo: non reuocauit eum a malicia: sicut dicit Chrysostom⁹ Ps.xl. Homo pacis mee qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationē. Cū ergo diabolus sic sua tentatione [misisset in cor] Non ita q̄ aliquid a se ipso creatum iniecerit. sed sic: quia de suo per suggestionem immisit: sic. vt intenderet cogitationem que intus erat. Fecit quod dicitur in Psal.lxxviij. Immissiones per angelos malos. Et ideo dic̄: in cor: z non in corde. quia Non in corde erat creans sed citra cor: insidiando circumuolans. z suadēdo blandiēs: vt ōr Gregorius: vt suam perficeret voluntatem Matth.xiij. Inimicus homo hoc fecit: scilicet q̄ superseminauit zizania bono semini: qō christus sepe in corde Jude seminauit. Inimicus autem homo dicitur diabolus. quia sepe tentādo ad humana se conformat vt decipiat. Actuum.v. Cur tentauit sathanas cor tuum: hoc est tentando decepit [vt traderet eum] christum iudeis. ij. Macha.v. Qui legū z patrie erat proditor. [iudas symonis] filius. Pater eīm eius simon dicebatur [scariothis] hoc ē talis ciuitat⁹ Iuis: que memoria mortis vt in ante habitis diximus interpretat⁹. Luc.vj. Elegit Judam scarioth q̄ fuit proditor. Sic ergo perfecto animo ꝓdendi in ꝓditore [Sciens] non Judas: sed [iesus: quia omnia dedit ei pater in manus] Hoc est in potestatem. Potuit declinare proditorē si voluisset. Vel apostolis manifestare corrigendum. Vel etiam interficiendus. Sed noluit vt ostenderet ꝑpria voluntate se pati. z non paratū esse ad vltionem vel sui defensionē. Sed potius ad sui voluntatem: vel beneficij exhibitionem z obsequium: vt per humilitatē reuocaret obsequij si vellet. Si autem nollet: non cogeretur. Rhomanoz.xij. Non vos defendētes charissimi. sed date locū ire. Scriptum est enim Mihi vindictam: z ego retribuam. Hac ergo ō causa dicit [sciens] vt deus. Job.x. hoc celas in corde tuo. scio tamen q̄ vniuersorum memineris [qz omnia dedit ei pater in manus] hoc est in potestatem. Joānis.iij. Pater diligit filium: z dedit ei omnia in manus. Matth. vltimo. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra. Hester.xiij. In dicione tua cuncta sunt posita. z non est qui possit resistere voluntati tue [Et quia] hoc est: sciens etiaz iesus [quia a deo exiit] veniens in mundum. Vel: per eternam generationem. Joannis.viij. Ego ex deo processi z veni in mundum. Item.xij. Scimus quia a deo veni⁹ magister [z ad eum vadit] omnia que per opus redemptiōis ad quiescit patri reduces. Joannis Decimosexto. Vado ad eum qui misit me.

Jeam Ibidem. Exiui a pte & veni in mūdū: iterū relinq̄ mundū & vado ad patrē. Et ē sensus. Cum oim esset potens: & sciret qz i humilitate venit. & in humilitate humana forma viuēdi dedit; voluit eni am in fine nō potenter malo ꝓditoris resistere: nec hora in qua impleturus erat sacramētū passionis effugere. & suis successoribꝫ patiēte & humilitaꝫ exemplū relinquere. Et ideo oia pficies & potes

Surgit a cena: & deponit vestimenta sua. Et cū accepisset linteum pcinxit se. deinde misit aquaz in peluim.

